


13003

Z. K. K. K. K.
Seminarium
S. S. S. S. S.





COMPENDIUM
ANTIQUITATVM
GRAECARVM

E PROFANIS SACRARVM.

COLLEGIT, NATVRALI ORDINE
DISPOSVIT, ET AD SACRARVM
LITERARVM ILLVSTRATIONEM
PASSIM ACCOMMODAVIT


INDICESQVE NECESSARIOS ADJECIT

CHRISTIANVS BRVNINGS,

BREMENSIS

GYMNASII CRVCENACENSIS IN PALATINATV

Bibl. CollectOR. Radom. S. P.



J. 15.



FRANCOVRTI AD MOENVM

APVD FRANCISCVM VARRENTRAPP.

M DCC XXXIV.

13003

13003



ILLVSTRI,
PERQVAM MAGNIFICO, AMPLISSIMO,
ATQVE
CONSVLTISSIMO DOMINO,
DOMINO

JOHANNI HOLLER,

JCTO CONSVMMATISSIMO,
GRAVISSIMO REIPVBL. BREMEN-
SIS CONSVLI, ET JVDICI
HAEREDITARIO
in Bergfeldt,

PIETATE, ERVDITIONE, PRVDENTIA,
FIDE, DEXTERITATE, CONSTANTIA, ET HV-
MANITATE NVLLI SECVNDO,

IMMORTALIBVS IN REMPVBL. PATRIAM
MERITIS INCLYTO,
PATRIAE PATRI, CIVIVM DELICIO,
MVSARVM PRAESIDIO, PIORVM SOLATIO,

HOC, QVODCVNQVE EST OPELLAE, TESTIMO-
NIVM GRATI PRO TOT TANTISQVE BENEFICIIS
ANIMI NE QVIDEM CVM IPSA MORTE
EXVENDI

· DEDICAT ET OFFERT

AVCTOR,

*ILLVSTRIS & AMPLISSIME
DOMINE!*

Qui dudum in devoto TIBI
Gratæ mentis Sacrario
tabulam votivam ære ac
marmore perenniorem
summorum beneficio-
rum, quibus summa & incredibilis
TVÅ benignitas me per hos quin-
decim, & quod excurrit, annos bea-
vit, indicem suspenderam, nunc pu-
blicæ luci & omnium oculis expo-
nere eandem audeo. Novi qui-
dem animi TVI magnitudinem, &
admirabilem in tanto felicitatis ac
glo-

gloriæ cumulo humanitatē. No-
vi TE & solo generosi animi ductu
ad beneficia in alios conferenda im-
pelli, & nihil præter eam, quam ex
benefactorum memoria hauris, vo-
luptatem in votis habere. Nec
aliorum solum indicio edoctus, sed
ipso etiam usu meo expertus hæc
prædico. Sed vereor tamen, ne
apud illos, quibus non ignota sunt
benevolentiae TVA E testimonia,
quæ tam larga in me manu effu-
disti hæctenus, ingrati animi suspi-
cionem moveam, nisi conatum sal-
tem aliquem & voluntatem amoli-
endi tanti criminis declarem publi-
ce. Sit igitur hic libellus, juven-
tutis usibus dicatus, Κήρυξ, nuncius
& testis prolixæ illius venerationis
ac observantiæ, qua maxima TVA,
& haud unquam intermoritura in
animis bonorum merita prosequor.
Si divinam jactare originem non
audet κήρυξ hic meus, quod Attici
tamen præcones in vulgus spargere

non dubitarunt, Deo tamen ejusque honori mancipatus ad mysteria verbi divini rimanda & spectanda artium sacrarum cultores invitat, & iniquos alieni laboris spectatores & censores, ut profanum vulgus, procul esse jubet. Idem etiam TVO patrocínio ac Tutela confidit, si forte prohibentis voces spernere quorundam sustinebit audacia. Nec frustra sibi pollicetur favorem TVVM, qui acerrimo judicio, indefesso labore, felicissimo successu non Jurisprudentiæ solum, sed & imprimis Theologiæ abditissima penetralia perlustras, qui sacro quodam oraculorum divinorum amore flagras, qui denique literarum Græcarum, ut reliquarum humanitatis artium non amator solum es, sed & peritus æstimator. Conatus vero nostri & labores, quos illustrandis ope Antiquitatum Græcarum Scriptis sacris insumimus, etsi aliis forte minus placeant, TIBI certe pro eo, quo

quo me dignaris, favore non adeo displicebunt. Accipe ergo Serena fronte, eaque humanitate, cujus præclarum cum Gravitate connubium toties & admirationem & gaudium expressit intuenti, opusculum hoc nostrum, quod præconis instar tenerrimum illum affectum, quo summam TVAM ac paternam in me benevolentiam colo ac veneror, annuntiabit posteris. Idem altero simul κήρυκος munere defungetur sedulo, & calidissima pro TVA non solum, sed & Optimæ ac Lectissimæ CONJUGIS, quam perpetuam sibi sedem elegit Virtus & Pietas, quin & Nobilissimi FILII, Patriæ Virtutis ex asse hæredis, Amplissimæ denique FAMILIAE Incolumitate ad Patrem Luminum, perennem bonorum omnium fontem, vota nuncupabit. Nec successus his deerit, utpote quibus communes bonorum omnium voces & preces concinunt, id maximo ardore expetentium, ut

patria dulcissima T V O auxilio,
ope, consiliis frui, lætari, & exul-
tare quam diutissime possit. Ita
dubium erit nullum, ILLVSTRIS
ac AMPLISSIME DOMINE, quin
favoris illius, quo deliciatur adeo
animus, constantiam sit experturus

MAGNIFICI NOMINIS,

SVM MORVMQVE MERITORVM TVORVM

Scribebam Crucenaci, Decimo

Calendas Januarii Anni

M DCC XXXIV.

quem Salutarem illucescere

orbi Christiano Deus

T. O. M. jubeat.

cultor humillimus

CHRISTIANVS BRÜNINGS.



Præfatio ad Lectorem!

EX quo Divina Providentia & Illustrum Ecclesiæ Palatinæ Præsulorum voluntas ad Scholæ regendæ munus me admovit, ut juventutem ingenuam iis artibus, quæ ad humanitatem ducunt, imbuerem, id omni studio agendum putavi, ut in hisce scientiis non plane hospes essem, quas aliis instillare officii jubet ratio. Non potuit tamen animus inde a primis juventutis annis Theologiæ, ut scientiarum Regiæ, consecratus ita in arti-

) 5

um

um liberalium tractatione conquiescere, ut
subinde per scientiarum atrium ad vene-
randa almæ Theologiæ adyta penetrare
non auderet. Imo unice in votis & deli-
ciis fuit, studia humaniora, & imprimis Græ-
ciæ & Latii veteris Antiquitates velut com-
portata aliunde anathemata ad Sacri Templi
usum & ornamentum conferre, omnem-
que Philologiam ad supremum illum & ul-
timum divinæ gloriæ scopum referre.
Præiverunt hanc viam Duces fidissimi, Viri
Venerandi atque Eruditissimi, Albertus
SCHVMACHER & Conradus IKEN, in-
signia Lycei Patrii ornamenta. Præivit
etiam VIR Excellentissimus & de Ecclesia
Palatina Musisque sacris optime meritus
Ludovicus Christianus MIEGIVS. Hi
sunt, qui præ aliis voce & exemplo suo do-
cuerunt, uberes Theologiæ campos Phi-
lologiæ flosculis spargere & exornare. Ac-
cedunt præclari summorum Virorum la-
bores & scripta cedro digna, ex scriptorum
exterorum monumentis lucem novam
Sacris literis parantia, ut GATACKERI,
SPENCERI, BOCHARTI, GRO'TII,
RAPHELII, ZORNII, Lamberti BOS, &
imprimis Jacobi ELSNERI, quo nemo
feli-

felicior hanc sacra ex profanis illustrandi
viam ingressus est. Ex his ea præ aliis col-
legi, quæ ex Antiquitatum Græcarum fon-
tibus ad irrigandum Theologiæ campum
derivata inveni. Addidi his, quæcunque
vel scriptores exteros legenti sponte se of-
ferebant, vel meditati & ruspanti occur-
rebant. Vides ergo, Benevole Lector, ex
quibus principiis enatum sit hoc, quod of-
fero, Antiquitatum Græcarum e profanis
sacrarum Compendium. Non desunt, in-
quies, Antiquitatum Græcarum Systemata
cujuscunque formæ. Adsumt fateor, sed
an eo fine prodierit hætenus Rituum Græ-
corum descriptio aliqua, ut illustrandis Sa-
cris literis inservire commode possit, dubito.
Non ignoro quasdam Antiquitatis partes
ea mente scriptas & luci publicæ expositas
esse, ut Theologis imprimis & Sacræ
Scripturæ interpretibus usui esse possint,
ut LYDII Syntagma de Re Militari, de
Juramento & Agonistica Sacra, Clariss.
GOETZII liber de pistrinis Veterum,
& hujus generis opuscula alia. Sed uni-
versam Græciæ veteris faciem explicandis
scriptis divinis intentam nemo hætenus,
ni fallor, exhibuit. **STOLBERGIVM**
Anti-

Antiquitates Græcas Novi Testamenti collegisse, quibus ultimam addere manum mors vetuit præmatura, tradit summus Polyhistor Joh. Alb. FABRICIVS. Quatuor autem viæ præcipuæ sunt, quibus incedere oportet divina oracula ex Græcorum veterum institutis explicaturum. Primam curam postulant loca illa, in quibus ad ritum aliquem prisce Græciæ respicitur, non intelligenda prius, quam ritus ipse intelligatur. Secundum locum sibi vindicant mores Hebræis Græcisque communes, qui ad confirmandam Christianæ religionis veritatem quodammodo faciunt. Tertii generis sunt illa Græcorum instituta, quæ per allusionem jucundam accommodare oraculis Christi & Apostolorum licet. Denique ultimam aciem occupant ritus Græci sacris ritibus contrarii, non negligendi ideo, quod ex his intelligere licet, quantum sanctissima Religio ab impuris & stolidis Græculorum nugis distet. Singulorum generum specimina lectori suppeditabit opusculum nostrum, quod ideo monemus, ne quis existimet, allusiones illas, quas passim exhibemus, pro veris
loco-

locorum interpretamentis venditari. Au-
ctores fideliter legenti commendavimus.
Si quis suppressus videatur, id oblivioni
potius, quam vanæ gloriolæ desiderio
dabit æquus Censor. Sæpe in testimo-
niis auctorum veterum & novorum libe-
raliores nos fuisse cupies! Alii vero, si
copiosiores fuissetis, reprehenderent.
Modum compendii excedere timui, eam-
que ob rem præcipuos, reliquis missis,
testes allegavi, vel eos, qui primi oc-
currebant. Sæpe veterum monumenta
excitare superfluum videbatur, cum re-
centiores illi, quos in rem præsentem ad-
duxi, scriptores hoc labore satis defuncti
videbantur. Nec raro contingit, ut ea-
dem incidant in mentes diversorum homi-
num, ut adeo mirum non sit, si eadem
protulerunt mecum alii, quos perlustrare
nondum licuit. Absit omnis *κενοδοξία*!
Alieni sumus ab eorum moribus, qui, ut
multæ lectionis speciem præ se ferant,
magnum librorum numerum in aciem
educunt. Si modo hoc, quicquid
est opellæ, Juventuti Deo sacræ viam
ad nobilem aliquam Hermeneuticæ Sacræ
partem munire, & Viros Eruditos, qui-
bus

bus uberior doctrinæ & librorum copia
est, quam nobis, ad complenda melle
suo hæc alvearia excitare possit, erit, de
quo nobis magnopere semper gratulemur.

Vale, Lector Amice, & voluntatem
nostram sacra e profanis illustrandi
boni consule.



SERI-

SERIES CAPITVM.

CAPVT I. DE PARTVS RITIBVS APVD
GRAECOS.

II. DE CIBO ET POTV.

III. DE VESTITV.

IV. DE EDVCATIONE JUVEN-
TVTIS.

V. DE SERVIS.

VI. DE CONJUGIO.

VII. DE MILITIA.

VIII. DE ARMIS.

IX. DE CASTRIS.

X. DE VICTORIA.

XI. DE MILITIA NAVALI.

XII. DE MAGISTRATV.

XIII. DE CONCIONE.

XIV. DE JUDICIIS.

XV. DE POENIS ET SVPPPLICIIS.

XVI. DE RELIGIONE.

XVII. DE DIIS GRAECORVM.

XVIII. DE SACERDOTIBVS.

XIX. DE TEMPLIS.

CAPVT XX. DE PRECIBVS.

XXI. DE SACRIFICIIS.

XXII. DE CONVIVIIS.

XXIII. DE LVSTRATIONIBVS.

XXIV. DE DIVINATIONIBVS.

XXV. DE ORACVLIS.

XXVI. DE FESTIS.

XXVII. DE MYSTERIIS.

XXVIII. DE LVDIS.

XXIX. DE SEPVLCHRIS.

XXX. DE SEPELIENDI RITIBVS.

XXXI. DE AMORE ET HONORE
DEFVNCTIS EXHIBITO.

XXXII. DE TESTAMENTIS.

XXXIII. DE TEMPORIS DIVI-
SIONE.

XXXIV. DE PECVNIA.

XXXV. DE MENSVRIS.

ANTI-

ANTIQUITATVM GRAECARVM^a E PROFANIS SACRARVM^b

CAPVT I DE PARTVS RITIBVS.

§. I.

Dulcissima amoris & conjugii præmia sunt liberi, præcipue filii, quos *εὐλας οἰκων*, *familie columnina*, merito appellat EURIPIDES in Iphig. in Taur.

Antiquitatum vocabulo generaliori usi sumus, pro more eorum, qui ritus antiquos collegerunt. Continetur eo nomine, quicquid de gentis antiquæ sedibus, fatis, rebus gestis, indole ac moribus dici potest. Anterioribus limitibus coërcetur institutum nostrum. Græciæ situm, urbesque & pagos antiquos Geographis, res gestas Græcorum & fata Historicis persequenda relinquimus, ritus tantum hujus gentis antiquos, eosque non omnes quidem, sed illustriores & præcipuos lustraturi. Hos qui cognitos tenet, ipsam gentis indolem ignorare non potest. Mores, ritus & instituta cujusque gentis genio attemperari, nemo nescit. Quanta animis Græcorum infederit sapientiæ cupido, satis aperte prodit illa, quæ in Græcia olim obtinuit, juventutis educatio. Non mirum itaque, hoc perpetuo caractere Græcos a reliquis nationibus distingui, artium nempe & sapientiæ studio. Græciam artium matrem agnoscit OVIDIUS Fast. lib. III. v. 101.

Nondum tradideras victas victoribus artes, Græcia facundum, sed male forte, genus. Vides ergo, cur sapientiæ desiderium Græcis tribuat Apostolus? *Ελλήνες σοφίαν ζητεῖσι*, *quæruni Græci sapientiam*, I. COR. I, 22. Tanta olim laude ferebatur Græcorum

Ex Libris J. Twardochlebowski

Taur. v. 57. Athenienses itaque fores coronarunt, gaudium ex felici partu conceptum declaraturi, & masculo quidem coronam ex olea, scemel-

sapientia, ut populis extra Græciam omnibus ignobile Barbarorum nomen adhæserit. Το Ἑλληνικόν opponit τῷ βαρβαρικῷ AELIANVS Var. Hist. lib. III. c. XXII. & lib. V. c. XI. Græcos Barbaris, sapientes stultis ita adversari, ut sapientiæ fama Græcis, stultitiæ nota Barbaris adhæreat, facile cognosces ex ROM. I, 14. Qui porro varias Civitatum Græcarum mutationes, qui populi, imprimis Attici, inconstantiam attentius lustraverit ad concionis solennia admissus, levitatis dedecus Græcis merito exprobrari fatebitur. Ταχυβελίαν appellat ARISTOPHANES in Acharn. v. 621. Facilitatem Tacitus notante Marcello DONATO in Commentario p. 179. Erant præ cæteris Athenarum cives ἐπειδὴ τῶν φύσιν, in annos singulos mutabiles, quod vitium libere, ut solet, reprehendit ARISTOPHANES in Equit. v. 524. Sordebant statim vetera, quærebantur nova. Captabatur semper occasio & dicendi nova & audiendi, quod tradit Paulus ACT. XVII, 21. nec diffitetur THEOPHRASTVS Eth. Char. c. XVII. Eodem plane modo ex reliquis quoque ritibus ingenii & indolis ratio colligi tuto potest.

b Theod. Janssonius ab ALMELOVEEN dedit Specimen Antiquitatum e Sacris Profanarum. Enata hinc occasio est de Antiquitatibus Græcis eodem titulo ornandis cogitandi. Satius tamen habui Sacras e profanis dicere, quam e Sacris profanas, quoniam e profanis collectos ritus cum sacris conferre laboravi. Qui me ideo profanos sacris priores habere putat, vehementer errat, quippe qui ab hoc Spencersi errore, quem Viri docti certatim refutarunt, quam maxime abhorreo.

a Filius non genus solum, sed & nomen patris ab interitu vindicat. Alia filiarum est conditio, quæ familiæ viri adduntur, cui junguntur matrimonio. Hebræis filium

fœmellæ vero laneam, ut sexus constaret discrimen, propriam esse voluerunt.^a

§. 2. Admisit tamen, quod miraberis, idem populus expositionis immanem & maxime barbaram licentiam, qua liberos, quos educare grave erat, ad flumina, in agris, sylvis aliisque in locis, vel fame & frigore, vel ferarum dentibus perituros exposuerunt.^b Quis crederet Athenienses id fecisse, qui tam humaniter equorum canumque curam gesserunt, ut publicis eos stipendiis aluerint? ^c Abhorrerunt sane ab

A 2

hac

lium כן a כנה *adificare* dicere placuit, quod domum paternam augent. Idem indicare Apostolus videtur HEBR. III, 3. ubi Christus Dei *filius* dicitur κατασκευάσας τὸν οἶκον, *familiam cœlestis patris augere, ut videtur ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, tanquam filius* (qui apud Hebræos ab ædificando nomen habet) *in familia illius sc. patris.* Timotheum eandem ob causam dici σῦλον καὶ ἰδρυάριον I. TIM. III, 15. *columen & firmamentum ecclesiæ*, placuit GATACKERO in Advers. Misc. lib. II. cap. XX. quæ tamen encomia rectius ad mysterium incarnationis & totius salutis pertinere, præeunte CAMERONE, ex copulæ ratione & nexu alii probarunt. Græcos nuncium de nato filio primogenito Ἐυαγγέλιον appellare, observat JENSIVS in ferculo literario, quod eleganter ad λόγον πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον de nato Servatore filio Dei primogenito applicatur.

- ^a Hoc Græcis est εἶφανον ἀφέρειν, teste Hesychio, quem producit testem PASCALIVS de Coronis lib. V. c. XV.
^b Apparent in Scriptis sacris expositionis vestigia, imprimis EXOD. II, 3. *Et posuit* (Mosis mater infantem arca inclusum) *in alga ad littus fluminis.* Evidentior est allusio EZECH. XVI, 5. *projecta fueras in superficiem agri.*
^c BARTHIVS in Commentario ad Statii Theb. lib. XII.

hac feritate Thebani, expositionem infantum morte mulctandam statuentes, cujus rei testem habeo AELIANVM Var. Hist. lib. II. cap. VII.

§. 3. Exponere infantem, eumque fortunæ committere, Græcis est ἐκτιθέναι, ^a expositum tollere & educare ἀνάγειν. Vox utraque occurrit apud Comicum in Nub. v. 530. Qui tollebant misericordia ducti, ex annulis, monilibus, aliisque crepundiis, quæ Græci γυαρίσματα & δέματα vocant, agnoscere infantem poterunt, quis genus, unde domo, quibus prognatus esset parentibus? ^b

§. 4. In-

^a Huic ἐκτίσει eleganter opponitur ἡ υιοθεσία GAL. IV, 5. & aliis in locis S. S. memorata. Expositos & abjectos a facie cælestis Patris peccatores, filios iræ, Christus tollit, novæque vita donatos placato suo sanguine patri reddit. Hæc modo, qui in creatione patris naturalis speciem præ se tulerat, per redemptionem evadit pater adoptivus, qui fideles antea ἐκτίσει nunc υἱοθεσία suo nomine ornat, cælesti familiæ inserit, civitati supernæ addit, & hæredes consummatæ felicitatis constituit. His enim privilegiis adoptivi apud Græcos filii gaudebant. POTTERVS Archæol. Græca lib. IV. c. XV. Romæ adoptio, privatim apud Prætorem præsentem & consentiente patre facta, multum diversa fuit ab arrogatione, quæ publice coram universo Quiritium populo, sive vivente, sive defuncto patre contigit. Illam Veteris, hanc Novi testamenti, quæ publice coram universi orbis incolis & propalam declaratur, adoptionem offerre animo posse arbitratur Vir Excellentissimus, Ludovicus Christianus MIEGIVS, quem immortale decus columenque suum colunt Musæ sacratiores omnes, imprimis Palatinæ.

^b Si superiori meditationi inhærere velis, quæ conditionem

§. 4. Infantes, quos educare libuit, ablui statim necesse fuit, sive vino, quod placuit Spartanis, infanti duritiem corporis ac robur conciliaturis, teste PLVTARCHO in Lycurgo, sive aqua, qui communis reliquorum Græciæ incolarum mos fuit. ^a

§. 5. Ablutioni comitem dederunt unctio-
nem, quam χυτλώσειν vocant Græci. ^b Non
tamen communis fuisse videtur omnibus, quod
de refectione umbilici affirmare difficile non
est. Datum est id negotii obstetricibus, quas
idcirco ὀμφαλοτόμους dixerunt. Jovi sponte
decidisse umbilicum nugatur CALLIMACHVS in
hymno in Jovem v. 44. ^c

§. 6.

nem hominum naturalem expositorum statui confe-
rebat, inuenies quoque in illis γνωρίσματα quædam,
imaginis diuinæ reliquias, lumen ac veritatem consci-
entiæ, originis nobilissimæ & diuinæ testes ac indices.
Cæterum de istis crepundiis, quæ Græci γνωρίσματα,
Aristoteles περιδέριαι, Euripides δέριαι vocat, consulen-
dus præ aliis CASAVBONVS ad Theophrasti Char. Eth.
cap. VI. περί ἀρεσκείας.

^a Universo hominum generi eundem ablutionis ritum
omni tempore in usu fuisse, vix quisquam erit, qui
dubitet. Sane evidentissima omnibus humanæ debi-
litate, inhærentisque a natura impuritatis documen-
ta! Originem baptismi hic sese inuenisse putat Her-
mannus WITSIVS in Ægyptiacis lib. II. c. XVI.

^b Hæc meditati occurrunt verba Apostoli I. COR. VI, II.
ἀλλ' ἀπελώσασθε, ἀλλὰ ἡγιασθήσθε &c. *abluti*, & *sanctificati*
estis. En aquam & oleum! Illa abluimur, hoc san-
ctificamur, ut Sacra a profanis secrevit unctio in Ve-
teri Testamento. De χυτλώσει VULCANIVS ad Callima-
chi Hymnum in Jov. v. 17.

^c Extremæ miseræ est his carere communibus beneficiis,

§. 6. His rite peractis, prima cura fuit infantes fasciis, Gr. *σπαργάνοις* tectos & circumvolutos imponere vannis Gr. *λίανοις*. Vannum auream Jovis majestati tribuit CALLIMACHVS in hymno ante citato v. 48. Abiisse rursus a reliqua Græcia Spartanos, posthabitis fasciis, scuta pro vannis adhibentes, PLVTARCHVS refert in Lycurgo. ^a

§. 7. Quintus a natali dies sacer & festus fuit, quo infantem gestare circa focum, & Laribus solenni ritu dedicare consueverunt Græci. Huic festo nomen adhæsit *Ἀμφιδρόμια*, a sacro circa focum cursu. ^b Idem dies infantem ornavit amicorum donis, quæ *δόσεις γενεθλίοι*, munera genitalia, appellantur. ^c §. 8.

si neque accidatur umbilicus, nec sordibus purgetur infantis corpus EZECH. XVI, 4.

- ^a Idem beneficium *σπαργανώσεως* obtigit Optimo Servatori I v c. II, 7. ubi etiam collocatus a matre Virgine dicitur *ἐν τῇ Φάτνῃ*. Vox Hebræa *נכוס* & *præsepe* *φάτνῃ*, & *horreum* notat, quod liquet ex PROVERB. XIV, 4. ubi Targum vertit *נכוס* per vocabulum *אורתא* *horreum*. Potest itaque admitti Hebraismus Scriptoribus Novi Testamenti familiaris, ut per *φάτνῃ* *horreum* intelligamus. Ita constabit aperte, cur *φάτνῃ* opponatur *diversorio*, in quo nullus partui locus dabatur.
- ^b Focus Laribus & Penatibus sacer aræ vicem gessit. Non mirum ergo, institutam circum focos discursionem sacram, cum frequentissimum fuerit Græcis circa aram choros sacros ducere, quod ostendit locis bene multis Ill. SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Dian. v. 267. ubi confert loca sacra eundem ritum memorantia EXOD. XXII, 19. JVDIC. XXI, 20. 2. REG. XVIII, 26.
- ^c Vide quæ ex Athenæo excerptis POTTERVS Archæol. libro IV. cap. XIV.

§. 8. Decimus dies infanti nomen dedit, ab avo plerumque mutuatum, quod constat ex ARISTOPHANIS Nub. v. 65. ^a Sæpe & fata, quæ adultæ ætati obtigerant, nomina viris illustribus imposuerunt, ut Priamus, Neoptolemus, Meleager, Bellerophon &c. Pro incolumitate infantis eodem die decimo sacrificia Diis oblata legimus, quod est, *θύειν τὴν δεκάτην*. Nec deerant convivia, quibus excepti sunt amici, solennia. Cuncta persequitur Scholiastes Aristophanis in Nub. v. 495. ^b

§. 9. Quadragesimus a partu dies, quem *ἐμφαλικῶς τεσσαρχειοσόν* dixerunt, purgandæ ac lustrandæ puerperæ sacratus fuit. Eodem die adire templa, mactare *εὐχαριστήρια*, infantis vestem, *χιτώνην*, Dianæ sacrare consuevit. ^c

§. 10. Pauca admodum illustrium liberorum matres proprio lacte aluerunt infantes suos, A 4
quam

^a Nonnunquam & patris nomen adhæsisse filio ad Comici locum citatum probat III. SPANHEMVS, quod a Judæorum moribus non abhorret. LVC. I, 59. *Ἔβόcarunt infantem a nomine patris Zacharia.*

^b Solennia circumcisionis Judaicæ eodem fere tempore, iisdemque ritibus agitata confert SPENCERVS de legibus Hebr. lib. I. cap. IV. Sect. V.

^c Hinc ipsa Diana *χιτώνης* nomen accepit. vide Scholiasten Callimachi in Jov. v. 77. & ipsum Poëtam in Del. v. 124. Sine dubio stata hæc & solennis puerperii expiatio ex sacris Hebræorum ritibus ad Græcos manavit. Lege, si placet, LEVIT. XII. 2. 6. 8. LVC. II, 22. 24. & videbis, tempus lustrationis divina lege definitum congruere, nec deesse sacrificia expiatoria. Male aliam viam tentat pro more SPENCERVS de leg. Hebr. lib. I, cap. VIII. Sect. III.

quam tamen charitatem non Phavorinus solum apud GELLIVM lib. XII. cap. 1. & PLVTARCHVS περι παιδαγ. sed & ipsa natura præcipit. ^a Pleræque partes hæcæ nutricibus dederunt, quas Græci τροφὸς, τιτθὰς, μάϊας vocant. ^b

§. II. Nutrices illæ variis usæ leguntur artibus, ut morosiores demulcerent infantes, tenellos æque ac adultiores. Hos vel cantu & carminibus, quæ Græci λαλά & νόνια appellant, leniverunt, vel advocato terriculamento Cyclope quodam vel Mercurio ad officium redire coëgerunt. ^c Illorum fletum inserto ori melle sedarunt, quod & Jovi accidit apud CALLIMACHVM hymno in Jov. v. 49. ^d

^a Hebrææ matres, quamvis illustrium & principum virorum uxores, ubera infantibus præbuisse leguntur. GEN. XXI, 7. I. SAM. I, 23. Notari meretur memoratum priore in loco festum ablactationis cum solenni convivio conjunctum. Simile quid observasse sibi videtur DOUGTAEVS in Spartanorum festo, quod Τιτηνίδια dixerunt a τῆτήνη nutrix. Analect. S. lib. I. p. 23.

^b Nec ignotæ in gente sacra fuerunt nutrices תוקנים GEN. XXIV, 59. XXXV, 8. 2. REG. XI, 2. & aliis in locis memoratæ.

^c Istiusmodi terriculamentum Græci Μορμολύκειον, Γελλοῖ, Ἐρωσίστην, Latini Manducum, Accum, Alphitum vocant. ALMELOVEENIVS Amœnit. p. 153. seqq.

^d Mella sanitati prodesse creduntur, quibus vesci in prandis Pythagoræi voluerunt ad valetudinem tuendam. Similem mellis vim expertus est Jonathan I. SAM. XIV, 27. Soporem quoque facere mella putantur. *Offam* melle *σφορασάμ* Cerbero objecit Æneas apud VIRGIL. lib. VI. v. 420. En utilissimum infantum cibum! Idem Messiz infantis cibus, JES. VII, 15. *butyro & melle vescetur.*

CAPVT II.
DE CIBO ET POTV.

SECTIO I.
DE CIBO.

§. I.

Infantēs primū lacte, deinde solidioribus nutriuntur cibis, quos comminutos ori ipsorum ingerunt nutrices, ut apud Comicū in Equit. v. 722. donec auctis viribus ipsi alimenta capere, & cibis adultiorum vesci possint. Progrediendum itaque cum ætatis ac virium humanarum incrementis, & videndum primum, quo cibo, dein, quo potu usa fuerit antiqua Græcia.

§. 2. Prisca secula frugibus caruisse fabulantur Poëtæ, traduntque, sponte natis arborum fructibus vitam sustinuisse mortales. Consentit AELIANVS Var. Hist. lib III. cap. XXXIX. qui glandes Arcadum, ficus Atheniensium olim cibum fuisse narrat. Posterioribus seculis fructus arborum, ut ficus, poma, amygdala &c. pro bellariis fuerunt, quibus mensæ secundæ instruuntur. Græci τραγήματα, ἐπιδορπίσματα, πέμμαλα vocant. Hinc cœnæ magnificentiam æstimare licet. Ἐκ τραγημάτων τὴν εὐωχίαν Græcorum fert proverbium, *ex ungue leonem.* *

A 5

§. 3.

a Fructus arborum priscis hominibus imprimis pro cibo fuisse, vel inde patet, quod quædam arborum nomina ab edendo nomen traxerunt, ut esculus & fagus. Corona

§. 3. Ceres prima arandi ac ferendi modum, agrorum cultum & usum frugum mortalibus tradidisse fertur, quod insigne beneficium OVIDIVS laudat Amor. lib. III. Eleg. X. v. 11. seqq. & Græci grata semper recoluerunt memoria, festa solennia celebrantes Eleusinia & Thesmophoria. ^a

§. 4. Hoc inter omnes constat, pristina secula simpliciores tantum cibos adhibuisse, nempe herbas & olera.

Lacte

rona Romanorum civica non sine ratione e quercu fuit, quod quasi pro focus dimicasse videbantur, quos quercus ornabat, unde alimenta olim civibus erant. Præcipuum primi hominis cibum ex arborum fructibus rediisse ex præcepto divino constat. GEN. II, 17.

^a Poëtæ aureæ ætati immuni sceleribus agros sponte dedisse fruges fabulantur. OVIDIVS Metam. lib. I. v. 109.

*Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renovatus ager gravidis caneat aristas.*

Consentit HESIODVS *Egy. v. 117.* Uterque delicta hominum sterilitatis causam allegat, ut necesse fuerit *poscere segetes alimenta que debita* magno labore. OVIDIVS l. c. v. 123. HESIODVS v. 235. Hausta hæc videntur vel ex ipsis Dei oraculis GEN. III, 17. 18. 23. vel ex traditione in posteros propagata. Illud notatu dignum videtur, quod OVIDIVS iisdem fere verbis aurei seculi felicitatem describere voluit, quibus Canaanis fertilitatem laudant scriptores sacri.

Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant,

Flavaque de viridi stillabant ilice mella. l. c. v. III.

confer EXOD. III, 8. & alia loca, in quibus Canaan dicitur, *lacte & melle fluere.* Voluit nempe Deus in Canaanis fertilitate pristinam Paradisi felicitatem quodammodo reducere, & Paradisi cœlestis abundantissimam bonorum copiam depingere.

Lacte mero veteres usi memorantur & herbis,
 teste OVIDIO fast. lib. IV. v. 369. Postea ingra-
 vescente luxu relicta egenis sunt olera, imprimis
 allium & cepæ, quod ex ARISTOPHANE didici in Plut. v. 829. ^a Ægroti quoque, ne du-
 rioribus cibus stomachum offenderent, olera
 comedissee feruntur. ^b

§. 5. Carnibus animalium diu abstinuiffe per-
 hibentur homines. VIRGILIUS notam ruentis
 in dererius quotidie seculi fuisse iudicat, cæsis
 juvencis epulari. Georg. lib. II. v. 537. Memo-
 rabile est Triptolemi præceptum: *ζῶα μὴ σίνε-
 δαι, non lædenda esse animalia.* ^c Apud Rhodios
 voracitatis ignominiam sibi attraxisse, cui carnes
 placebant, refert AELIANVS Var. Hist. lib. I. cap.
 XXVIII. Non secuti sunt hos præeuntes reli-
 qui

- ^a Hebræi dum Ægyptiacæ servitutis jugum ferebant, oleribus pascebantur, imprimis allio & cepis, cibo hominum vilissimorum NUM. XI, 5. Mirum ergo, ipsum manna præ his forduisse cibus, quorum non sine voluptate recordabantur homines stolidi.
- ^b Testibus hanc rem probavit Fried. Christoph. NEUBOUR in Bibl. Brem. Class. I. p. 255. ubi illustrat & confirmat locum Paulinum ROM. XIV, 2. *qui ægrosat, comedit olera.* Nec desunt, qui Patriarcharum longævitatem olerum usui post Deum acceptam ferunt.
- ^c Ante diluvium ignotam fuisse τὴν κρεσφαρῖαν, multi contendunt, nisi præcipue loco GEN. IX, 2. 3. ubi prima comedendæ carnis facultas data hominibus a Deo videtur, cum GEN. I, 29. in recensione alimentorum nulla carnis injiciatur mentio. Quin & Judæi afferendum per Noachum orbi solatium GEN. V, 29. ad concessum illi, & ab eodem inchoatum, carnis usum trahunt. Consule imprimis HEIDEGGERI Historiam Patriarcharum Tom. I. Exercitat. XV.

qui Græciæ incolæ, qui nulli animalium generi pepercerunt. ^a Mansit tamen, eodem referente, in Buphoniis & Diipoliis veteris abstinentiæ memoria, ubi bove mactato cædis auctorem securim damnare consueverunt. Var. Hist. lib. VIII. c. III.

§. 6. Piscium frequens usus fuit in Græcia. Præstantiora piscium genera ditioribus in deliciis fuerunt, quod ex Comico constat in Ran. v. 1100. qui in Acharn. v. 887. anguillas cum betis coctas præ aliis laudat. ^b Ad obsonia autem referendos pisces putarunt, unde TERENTIUS paululum obsonii cum minutis jungit pisciculis in Andr. A. II. Sc. II. ^c

§. 7. Pau-

^a Præ aliis animalibus in deliciis fuerunt Græcis cygni, lepores &c. de quibus SPENCERVS lib. I. cap. V. Sect. I. qui arbitratur, ea præ aliis animalia impuritatis characterē notata a Deo esse, quæ in deliciis sunt mortalibus. Nec mirum, si ita compescere voluptatis impetum Deus voluit. Alii in salubritate ciborum se fundamentum discriminis inter pura & impura animalia invenisse arbitrantur. Non prosunt semper, quæ placent gulæ.

^b Rhodios spreto animalium carnibus piscium esum amasse, tradit AELIANVS Var. Hist. lib. I. c. XXVIII. Indorum quædam gens a piscium amore Ἰχθυοφάγων nomen meruit, teste EVSTATHIO ad Dionysium v. 1107. Syros ob Dagonem Deum altera parte piscem referentem piscibus abstinnisse contendit SELDENVS de Diis Syris Synt. II. c. III. Sed recentiorem hanc piscium abstinentiam esse docet BOCHARTVS Hieroz. Part. I. c. VII.

^c Hinc pisces τῶν ὀψαριῶν nomine veniunt apud JOHANNEM cap. VII. 9. II. XXI. 9.

§. 7. Pauperiorum, & imprimis militum ci-
bus fuit τάρραχος, falfamentum, pisces fale conditi,
sive ventres ac cervices piscium. τῆτο ἐν τοῖς
πολέμοις ἠΐδιον, in bello hoc comederunt, ait Scholiafles
ARISTOPHANIS Acharn. v. 973. Egenis etiam ci-
bo fuerunt locustæ, quod liquet ex ARISTOPHANE
Vesp. v. 672. ^a

§. 8. Panis omni hominum & ciborum ge-
neri convenit. ^b Non eadem tamen ubique &
semper fuit panis materia. ^c Varia quoque
fuit conficiendi ratio. Nam vel in cinere co-
quebant Græci, quem σποδίτην & ἐγκρυφίαν di-
cunt, vel in furno, quem κριβανίτην appellant. ^d
Deni-

^a Idem cibus Johanni Baptistæ fuit. MATTH. III, 4. non
ignotus alias Orientis populis, quod ostendit BRA-
VNIVS in Sel. S. lib. V. c. II. §. 38. alique, quos testes ci-
tat Ven. WOLFFIVS in Curis Crit. ad MATTH. I. c. Non
neceffe itaque est, ut cum Scaligero textum Sacrum
corrigamus, vel a propria vocis significatione defle-
ctamus cum iis, qui ἀκροθέρια extremitates foliorum
hoc loco intelligendas putant.

^b Hinc panem a πᾶν dictum volunt. Certe Hebræis כֶּלֶח
Græcis ἀελο, quemcunque cibum significat. GEN. III, 19.
XII, 5. XXII, 20. MATTH. IV, 4. VI, II. &c.

^c Ex hordeo sc. frumento vel tritico. Antiquissimum in
cibus hordeum fuit, monente PLINIO lib. XVIII, 7. Augu-
sti Cæsaris ævo pænæ loco hordeo pascebantur milites.
SVETONIVS in Aug. cap. XXIV. Judæis familiaris fuit
panis hordeaceus, JUDIC. VII, 13. JOH. VI, 9. Judæa fe-
rax hordei dicitur DEVT. VIII, 8.

^d Panis cineritius notissimus fuit Hebræis sub nomine
הַגִּבְעָה GEN. XVIII, 6. EXOD. XII, 39. & alibi, observante
Magno BOCHARTO, qui imprimis illustrat locum EZECH.
IV, 12.

Denique & varia panum inventa fuit forma. HESIODVS Εργ. & ημ. panis meminit τετραγύφου quadrifidi. v. 440. ^a

§. 9. Ferendis & asservandis panibus inserviebant canistra ex canna vel vimine, quod nominis origo probat, contexta. Cum canistro Latinorum consentit κανῆν Græcorum. Fuerunt tamen & canistra ex argento, ære Corinthiaco & ebore conflata & elaborata. ^b HOMERVS voce κοφίνω uti solet, ut Iliad, XXIV. v. 625. & alibi. ^c

§. 10. Panibus accenseri quodammodo possunt placentæ, quarum varia fuerunt genera. Μάζαι vocantur ex farina, aqua & sale factæ, nautis propriæ. Ex tritico & melle constabat πυραμῆς. Huc referendæ etiam spiræ, quas πολφές Græci dicunt. ^d

§. II. Sa-

IV, 12. ubi minatur Deus ad tantas angustias redigendos esse Judæos, ut loco ligni ad coquendos panes stercorea humana adhibeant. Vide Hieroz. lib. II. cap. XXIV.

^a Romani quadras dixerunt. Panis Dei imaginem in panibus olim impressam apparuisse, & ex hoc ritu nomen panis derivandum, ex Varrone notat ALMELO-VEENIUS, qui ex Athenæo probat similes imagines divinas in panibus Ætolorum conspici olim potuisse. Nec male huc idem refert *costas cæli astris placentas* JEREM. VII, 18. vide ejus Amœn. p. 163. seq.

^b DONATUS ad Virgiliti Æn. lib. VII. v. 705.

^c MATTH. XIV, 20. Voce κανῆν utuntur c. LXX. GEN. XL, 15. 17. ubi de re cibaria sermo est, & alibi.

^d Usus placentarum Græcis notissimus & frequentissimus ideo fuit, quod cultrum, quem ἐπιτραπέζιος dicunt, præter

§. II. Salis usum in omni ciborum genere maximi fecere Græci. Mensæ sal imponi Pythagoras voluit πρὸς ὑπόμνησιν Ἰδ̄ δικαίῃς, addita hac præcepti ratione: οἱ γὰρ ἅλεις πᾶν σώζουσι, *omnia sal conservat.* ^a Alio argumento salis usum commendat PLVTARCHVS Problem. lib. V. cap. X. *Sal obsonium suavissimum, inquit, & reliquorum quoddam condimentum.* Sal cum pane & caseo pauperum cibus fuit, PLINIO teste lib. XXXI. cap. VII. Casei enim usus frequens fuit in Græcia, butyrum sero Græcis innotuit. ^b

præter coquos habebat nemo. Commodus ergo placentarum usus fuit, quæ frangi facili negotio poterant. ALMELOVEENIVS Amœn. p. 167. Hebræis ejusmodi placentas in usu fuisse ex iis S. S. locis patet, in quibus de frangendis panibus sacri loquuntur scriptores. JES. LVIII, 7. MATTH. XIV, 9. XXVI, 26. & alibi. Formam panum Judaicorum ex hodiernis panibus pentecostalibus conjicere licet. Eadem fere figura fuit panum faciei, quam describit LVNDIVS, Jüdische Heiligthümer lib. I. cap. XXIV. §. 25.

- ^a Vim conservandi, quæ sali inest, præcipue respicit Optimus Servator, cum discipulos *Saltærræ* appellat, MATTH. V, 13. Quia communi sale convivæ & hospites utuntur, ideo sal amicitiae symbolum est. Hinc τὸ ἕρηνεύειν sali jungitur MARCI IX, 50. Hinc *foedus salis* NUMER. XVIII, 19. 2. CHRON. XIII, 5. quanquam hic foedus eum lege & statuto idem esse putem, ut respiciatur lex LEVIT. II, 13. quæ abrogari non potuit, nisi una cessaret universus cultus Veteris Testamenti typicus. Consuli meretur Clariss. ZORNIVS in Bibliotheca Antiquario - Exegetica pag. 499. GATACKERVS Opp. Crit. pag. 888. seqq.

- ^b BOCHARTVS in Hieroz. Parte I, lib. II, cap. XLV.

SECTIO II.

DE POTV.

§. I.

Simplicissimus potus & maxime obuius aqua est. Aquam Trojani ex Æsopo flumine bibunt apud HOMERVM. Iliad. II. v. 825. Recte igitur aquam, ceu rem omnium utilissimam, Regi muneris instar obtulit Sinæta apud AELIANVM Var. Hist. Lib. I. c. XXXII. ^a Sequiori tempore fervorum & pauperum fuit, manantem e fontibus aquam bibere. ^b

§. 2. Vinum rubri coloris magni fecerunt Græci veteres. Quod enim vinum Homerus *αἶθονα* vocat communi epitheto, idem *ἐρυθρὸν* appel-

^a Hebræi sæpius in S. S. apparent *ידרפוט* *ידרפוט*. Non mirum ergo in regione calidissima tanto in pretio fontes fuisse, quod constat ex JOS. XV, 19. confer PSALMVM XXXVI, 10.

^b Ex veteri Callimachi Epigrammate hoc probat Ill. SPANHEMVS ad Callimachi hymnum in Pall. v. 46. qui ibidem docet, & Milesios & Massilienses Græcorum colonos tum mulieribus tum adolescentibus annum ætatis XXX, nondum egressis vini usum negasse. Et Timotheum vino abstinuisse ex Pauli concessione patet I. TIM. V, 23, *Μηκέτι ἕδραπόσει, ἀλλ' οἶνον ὀλίγον χερῶ, πῶτι* *aquam solam in posterum bibere, (quamvis infra XXX, annum hactenus subsistit ætas,) sed modico vino utere.* Quodsi fervorum postulavit conditio vino abstinere, recte Nazaræi Vet. Test. vini usu sibi interdixerunt, quippe qui se totos divino ministerio sacraverant. Idem fecit Johannes servus Christi, LVC. VII, 33.

appellat Odyss. lib. V. v. 170. ^a Placebat etiam vinum vetus, quod commendat suauitas. PLUTARCHVS Sympof. lib. III. Problemate VIII. affirmat *οἶνον ἐν ἀρχῇ γλυκὺν εἶναι, γίνεσθαι δὲ ἡδύν.* dulce in principio vinum esse, postea evadere suave. Et HOMERVS laudat *οἶνον παλαιὸν ἡδύποτον* vinum suavissimum ob ætatem. ^b

B

§. 3. Vi-

^a Ad colorem vini videntur respicere Poëta, cum vinum vocant *βοτρυάν δρόσον αἰματόδεντα, uvarum rorem cruentum.* Hebr. *ענבים רם* uvarum sanguinem. GEN. XLIX, II. DEVT. XX, 14. Sacri scriptores, quæ loca merito confert GATACKERVS ad M. Antoninum lib. V. §. 13. Messias dum calcet torcular, vestibus rubro colore (rubicundo vino) tinctis indutus conspicitur. ESA. LXIII, 2. coll. APOC. XIX, 13. 15. Nec sine ratione mulier illa Apocalypticæ dicitur inebriata sanguine testium, qui opponitur vino rubicundo, sanguini uvarum, quæ loca una cum aliis bene multis illustrat Jacobus HASAEVS in Bibl. Brem. Class. III. p. 259. Vides, quo jure Christus vinum sanguinis sui emblema & pignus esse voluerit? MATTH. XXVI, 28. præsertim cum ad paschatis solennia vinum rubicundum adhibeant Judæi, quod probavit Buxtorffius filius in Diss. de Cæne Domixicæ primæ ritibus & forma. §. XX. Quod animalibus sanguis, idem plantis est succus. vide CASAVBONVM ad Sueton. Aug. Cap. LXXVI.

^b Recte & præclare ex hoc Plutarchi aliisque scriptorum locis Ven. ELSNERVS uberiorem lucem affundit verbis Christi LVC. V, 39. *ὁ παλαιὸς κρηστότερός ἐστι, vetus sc. vinum suavius est, quanquam novum dulcius.* Operæ pretium est, legere illius observationem in hunc locum, ut reliquas omnes, eruditione felida & bona fruge plepissimas.

§. 3. Vino asservando inservierunt vel κέ-
ραμοι vasa fictilia, vel πίθοι dolia, vel denique
utres ἀσκοι sæpe ex pelle caprina confecti,
quod ex HOMERO Odyss. VI. v. 78. constat.
Ne accresceret vinum, Græcos, injecto sale, provi-
diffe, testis est ARISTOPHANES in Nub.
v. 1319. ^a

§. 4. Thraces & Scythæ merum bibere ama-
verunt. Hinc Θρακία vel Σκυθική πρόποσις meri
propinationem indicat. Reliqui veteris Græ-
ciæ cives ita aquam vino admiscuerunt, ut dua-
bus vini tres aquæ partes addiderint, quod do-
cet rursus Comicus in Equit. v. 1193. cujus
Scholiastes notat, hunc miscendi cum aqua vini
modum Græcos dixisse ἐν ῥιτιονίσειν. ^b Ab eo-
dem ritu Κρατήρ nomen accepisse videtur, utpo-
te a miscendo ita dictus. ^c

§. 5. Ad-

^a Judæos utribus reconditum vinum servasse, testatur lo-
cus MATTH. IX; 17. non infundunt vinum novum in
utres veteres. Quem locum ex antiquitate illustravit
Doctiss. Georgius SCHAVBIUS in Dissert. publicata
Bremæ An. MDCCXIX.

^b Hyberno tempore calidam vino affuderunt. HORATIVS
lib. III. od. XIX. quis aquam temperet ignibus? LIPSIVS
Elect. lib. I. cap. IV. Æstivo contra, ut nimii calori
abstergeretur tædium, nives ac glaciem vino addi-
derunt, quod & nostro seculo fieri solet. POTTERVS
Archæol. Græc. lib. IV. c. XVIII.

^c Non desunt tamen, qui κρατήρ a κέρασ cornu dictum exi-
stiment, cum constet, cornua olim poculorum loco fu-
isse, qua de re infra. Idcirco & Bachum cornutum fini-
gi congiunt. Saltem Mosis cornua (quæ nunquam
in

§. 5. Additum etiam vino crocum, perhibet PEINIVS lib. XXI. cap. VI. unguentum, AELIANVS Var. Hist. lib. XII. c XXXI. *μύρω οἶνον μίγνύντες, ἕτως ἔπινον* unguento vinum miscuerunt & biberunt. Mixtum unguento vinum *μυρῶνίτην* vocari, idem tradit. ^a

§. 6. Mixtum in cratere potum deinde exceperunt pocula, quod ex HOMERO constat Odyss. IX. 9. Horum varia fuit materia, aurum, argentum, æs, lignum &c. Formam sculptorum ornabat sæpe artificium, qui variis imaginibus Deorum & hominum decorarunt pocula. Bachi non raro imaginem in poculis exsculptam fuisse, narrat GELLIVS Noct. Attic.

B 2

lib.

in rerum natura fuerunt) in Bacho quæere cum Huetio, absolum videtur. Confer GATACKERI Adversaria posthuma cap. V. opp. Crit. p. 453.

^a Pocula unguento delibuta bibere est *inebriari pinguedine* PSALMO XXXVI, 9. Ita censet ALMELOVEENIVS Amoen. p. 170. qui ad eundem ritum respici PROV. IX, 5. & CANTIC. VIII, 2. conjicit. Ejusmodi potum MARC. XV, 23. indicari per *οἶνον ἐσπερπιόμενον* forte putes. BOCHARTVS vinum *thure infectum* notari hac phrasi arbitrat, quod ex more Judæorum dabatur morte plectendis, ne sensus esset doloris. Alia opinionum divortia percenset Clariss. WOLFFIVS in Curis Crit. ad h. l. Si Almeloveenii conjectura ex antiquitate Judaica evidenter satis confirmari posset, vix dubitarem, quin vox שכר, quæ inebriantem potum vi originis notat, vinum *unguento mixtum* significet. Distinguitur enim a vino communi, quoties occurrit, ut I. SAM. I, 15. & alibi.

lib. XIX. cap. IX. ^a Nec præsentibus solum potum subministrarunt pocula, sed & absentibus, ceu amicitiae pignus, missa fuisse eadem legimus. ^b

§. 7. Ebrietas in Græcia magno olim probro ducebatur. Solon Archonti ebrio mortem statuit, teste LAERTIO. Pittacus in ebrietate peccanti duplicem poenam sanxit, eodem referente. ^c Contra in festo Attico, quod Choas dixerent, aurea ei decernebatur corona, qui coeteros bibendo superasset, apud AELIANVM Var. Hist. lib. II. c. XLI. Idem lib. I. c. XXIV. Herculis reportatam de Leprea victoriam narrat. ^d

CAPVT

^a Epicuri discipuli, LAERTIO teste, magistri sui effigiem in tabulis, annulis, poculis expressam habuerunt. Idem Meletio Episcopo obtigit honor. ALMELOVEENIVS Amoen. p. 211. & 221.

^b Hunc ritum ex antiquitate eruit idem ALMELOVEENIVS, qui putat Benjaminis furtum eo majori crimini verti potuisse, quod poculum amicitiae gratia dari solitum furto abstulisse videbatur. Placeat hic ingenii lusus, quibus potest. vide Amoen. l. c.

^c Spartanorum exemplo monitum Apostoli EPHES. V, 18. Μη μεθύσκεσθε οίνο nolite inebriari vino confirmat Alex. MORVS in notis ad h. l.

^d Herculem igitur edendi & bibendi laude superiorem Deum facere est, ventrem habere Deum PHIL. III, 19. & gloriam querere in ignominia. Nam græci gulosum hominem γαστέρα dicunt. CYPERVVS Obs. lib. III. c. X. Idem agunt, qui ad potum cogunt invito. Satius est, bibere ἕως θυμὸς ἀνείηται, ut legitur apud HOMERVM Odyss.

CAPVT III.
DE VESTITV.

SECTIO I.
DE ORNAMENTIS CAPITIS.

§. 1.

SI vitæ necessitatem spectes, alimentis vix cedit vestitus, quo inde a prima infantia, simulac fascias reliquimus, regi homines necesse est. Postquam igitur cibum ac potum veterum Græcorum spectavimus, prima cura erit, corporis tegumenta & ornamenta contemplari. A capite, quod principatum inter humani corporis membra tenet, fiet initium.

§. 2. Natura ipsa caput & textit & ornavit capillis, quos ad annos pubertatis nutritos solenni ritu deponebant Græcorum pueri. In templo Delphico id non raro factum, sacramque Apollini comam narrat THEOPHRASTVS Eth. Char. cap. XXII. *περι μικροφιλοσιμίας*. Vulgus Herculi, aut alii cuidam Deo, qui ad manus esset, sacrare comam consuevit. ^a

B 3

§. 3. Mu-

Odyss. VIII. v. 70. Ita in regio convivio *דנין יין* nullus erat coactor. ESTHERAE I, 8. cum alias Persæ confilia ceperint ebrii, referente Scholiaste ARISTOPHANIS Equit. v. 89. & 97. vide GATACKERI Opp. Crit. p. 292. seqq.

a CASAVBONVS in Commentario ad locum Theophrasti laudatum. Nasiræorum comam Deo dedicantium institutum confert DÖVGTÆVS ad NUM. VI, 18.

§. 3. Mulierum Græcarum tantus fuit factus, ut propriis capillis haud contentæ alienis ornari voluerint. Ita AELIANVS de Aglaide refert: περιθετον ἔιχε κόμην, καὶ λόφον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, *comam habuit adposititiam, & cristam in capite.* ^a

§. 4. Crines tonderi in fœminis ignominia loco fuit, qua pœna Athenis multatæ, quæ malum civem enixæ fuerant, ^b in viris laudi fuit, cum vel mollitiæ vel seruitutis signum fuerit, alere virilem comam. Spartanos tamen a reliquis hic discessisse refert Scholiastes ARISTOPHANIS Vesp. v. 475. ^c

§. 5. Ca-

a Nec ignotus crinium emtorum usus Romæ fuit. OVIDIVS Art. lib. III. v. 165.

*Fœmina procedit densissima crinibus emtis,
Proque suis alios efficit ære suos.*

Ne galericulum quidem five capillamentum ignotum fuisse Romanis probat ALMELOVEENIVS Amoen, p. 112.

b Ut parentes ob virtutem filiorum felices prædicantur, ut canit OVIDIVS, Metam. IV. v. 422. *qui te genuere, beati.* conf. LVC. XI, 27. Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βασίσασα σε, *beatus uterus, qui te continuit,* ita vitia liberorum parentibus dedecori esse solent.

c Germani adulterarum crines tonderi sanxerunt, quæ ignominia obtigit etiam mulieri adulteræ apud Hebræos. NUM. V, 18. Recte ergo Apostolus *comam muliebrem honori esse affirmat.* I. COR. XI, 15. *γυνὴ ἐὰν κομᾶ, δόξα ἀνδρὶ ἐστίν.* Contra, *ἀνὴρ ἐὰν κομᾶ, ἀτιμία ἀνδρὶ ἐστίν.* *Viro dedecori sunt promissæ capilli.* De coma muliebri multa erudite notavit Cel. ELSNERVS ad I. COR. XI, 6. de virili Hadrianus JUNIVS de Coma cap. IV. Sacerdotes, divinatores & magos comam promississe testatur ALMELOVEENIVS Amoen, p. 151.

§. 5. Capillorum color formæ pulchritudinem vel augere vel minuere credebatur. Imprimis nigredo laudatur ab OVIDIO Amor. lib. II. El. IV. v. 42.

Leda fuit nigra conspicienda coma.

HORATIUS de Arte Poetica v. 37. in viris eundem colorem admiratur, & celebrat.

Spektandum nigris oculis nigroque capillo. ^a

§. 6. Græci passim nudis capitibus inceserunt. Non raro tamen ad arcendum frigus, vel imbrem, pileis usi sunt ex pilis animalium, vel lana coactili, vel panno & centonibus confectis. Sic Hippocratis imago pileata conspicitur. Castor & Pollux pileati depinguntur. ^b

§. 7. Mulieres comam operose, adhibita hasta, vel acu crinali (Græci vocant *δοράτιον*) ornantes & ungentes, vel ipsæ hoc labore defunctæ leguntur, vel adhibuisse etiam mulieres ornatrices *κοσμητρίας* & *κοσμοπλόκας*. ^c

B 4

lorum

^a CANT. V, II. laudantur sponsi *cincinnati nigri, ut corvus*. Convenit illud Martialis lib. III. Ep. XLIII.

Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis.

Tam subito corvus, qui modo cycnus eras.

quem locum allegat BOCHARTUS in Hieroz. Parte I. lib. II. cap. X. p. 199. Multa quoque in hanc rem profert ALMELOVEENIUS p. 151.

^b De pileis Græcorum legendus SOLERIUS de pileo Sect. VIII. p. 166. Nec negligendus BRAVNIUS, qui in libro de Vestitu Sac. Hebr. lib. II. cap. IV. §. 379. seqq. materiam & formam pileorum erudite exponit.

^c Erudite hæc & copiose enarrat Ill. SPANHEMIUS ad Callimachi hymnum in Pallad. v. 16. seqq.

lorum loco primo fontes limpidi & flumina fuerunt, quibus deinde successerunt specula aurea, argentea, ærea & vitrea. ^a

§. 8. Interdum & turrito capite arduæ incesserunt Græcæ mulieres, instructæ fasciis, quas Græci ἀναδέσμις vocant. ^b Spartanæ virgines nudo capite prodierunt in publicum, naturali crinium decore contentæ, at desponsatæ tonsa per pronubam coma caput velarunt. ^c

§. 9. Barbam alere ad tuendam virilem dignitatem, priscis placuit Græcis. ^d Mutarunt
hoc

^a De speculis idem differit eodem loco SPANHEMIVS. Reliquos scriptores, qui hanc materiam excusserunt, profert Doctiss. SCHLICHTERVS in Decimis Sactis Obs. XLIV. p. 376. Qui polita ex auro vel ære specula intuentur, eorum facies, retortæ ex speculis lumine, lucere videtur. Hinc in *divinam gloriam velut in speculum inspicientes* dicimur, μεταμορφῶσθαι transformari in eandem gloriam. 2. COR. III, 18. quod scite monuit Eruditissimus ELSNERVS in Obs. ad h. l.

^b Hadrianus JUNIVS de Coma cap. VII. Lepide ad nupera mulierum ornamenta *turrium instar fastigiata* veterem hunc ornatum transfert ALMELOVEENIVS p. 107.

^c SPANHEMIVS ad Callimachi Hymnum in Delum v. 297. Morem hunc Spartanum erudite ad loca bina S. S. explicanda confert Clariss. ELSNERVS. Prior est GEN. XXIV, 65. ubi Rebecca viso Isaaco caput obvelavit. Alter est locus difficillimus intellectu I. COR. XI, 10. ὁφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, *necesse est mulierem velamentum* (signum virilis in eam imperii) *gestare in capite.*

^d In vaticiniis DANIELIS cap. VIII, 21. ideo *hirci* forma Regi Macedonum datur, quod barbatus imperavit Græcis. Hæc Ramiresius PRADO habet in Pentecontarcho. cap. XXV.

hoc institutum sequiora tempora, ut præter Philosophos, quorum promissa barba ludibrio sæpe fuit pueris, nemo fere conspiceretur barbatus. Alexandri Macedonis ævo hoc tribuit ATHENAEVS lib. XIII. cap. VI. quod aliam Græcis faciem dederit. Milites carere barba vel eam ob causam necesse fuit, neprehendere eam adversarii possent. ^a

§. 10. Singulare Atheniensibus decus conciliarunt cicadæ aureæ cincinnis innexæ. Hinc nomen *πεπλιγοφόρων* adhæsit Atheniensibus, quod invenitur apud ARISTOPHANEM Equit. v. 1336. Causam hujus rei exposuit illius Scholiastes in Nub. v. 1079. Nempe conveniunt cum cicadis Athenienses, quod, ut illæ, ira hi *αὐτόχθονες* habiti sunt, non coloni, non aliunde in Atticam delati, sed in patrio solo nati. ^b

§. 11. Ut cicadæ aureæ Atheniensibus propriæ fuerunt, ita cunctis Græciæ populis communis olim fuit inaurium usus, quod apparet ex verbis HOMERI Odyss. XVIII. v. 298.

B 5

Fue-

^a In Homero hanc militum providentiam sibi videtur invenisse idem RAMIRESIVS, notatque ideo non antias aut barbam, sed *verticem capilli* videri in hostibus Dei PSALMO LXVIII, 22.

^b Idem Scholiastes observat, cicadas Apollini ob cantum sacras fuisse. Eunomo in Pythiis ludis decertanti chorda fracta cicadam opem tulisse & victoriam comparasse, ^o nugatur EUSTATHIVS ad Dionysium Periegeten. v. 364. Non mirum ergo, animal Apollini sacrum & *μυσικόν* placuisse Atheniensibus, qui tanto studio & artes & Apollinem coluerunt.

Fuerunt postea insigne nobilitatis in Græcia, APVLEJO teste in libro de dogmate Platonis: *Reliquit auri tantum, quantum puer, nobilitatis insigne, in auricula gestavit.* Romanis mollitiæ & luxus indicia putabantur in aures. ^a

§. 12. Non

^a Prolixe & præclare hæc exposita inuenies apud DEM-
PSTERVM ad Rosini Antiq. lib. I. cap. XX. Græci de-
cus inaurium ex Oriente petiisse videntur, ubi *in au-
ribus aurum gestare & viris decus existimatur*, iudice
PLINIO lib. XI. cap. XXXVII. Scripta sacra hoc confir-
mant. EXOD. XXXII, 2. ESA. III, 20. JUDIC. VIII, 24.
& alibi occurrunt aurium ornamenta. Hinc servitu-
tis argumentum Romæ fuit, oneratas inauribus habe-
re aures. Mancipia enim fere Romanorum ex Ori-
ente in Italiam confluxebant. Lege locum Dempsteri
ante allegatum. Perforatæ & affixæ ad postes domus
serui Judaici aures, de quibus MALMONIDES הלכות עבר
cap. V. aliud quid significarunt, quam in aures man-
cipiorum. Plerique S. S. interpretes ex hoc ritu Ju-
daico interpretantur locum PSAL. XL, 7. *auris perfo-
rasti mihi.* Et LEIFELDIUS Anglus verbum הסתופף
PSALMO LXXXIV. II. vertit *postibus affixum esse*, ac si
Psaltes satius putet perpetuo templi seruitio se addicere,
quam in tentoriis improborum degere. Sed recte
GATACKERVS in priore loco simplicem aurium reclusio-
nem ad obedientiam notari censet, Opp. Crit. p. 331.
quæ interpretatio egregie conspirat cum loco HEBR.
X, 5. Namque *corpus aptare* ad obedientiam, est au-
res recludere. Legi meretur Theologi Venerandi &
Consummatissimi Joh. Christ. KIRCHMEIER Dissertatio
de perpetua Hebræorum ex aurium perfossione ser-
uitute ad Christum non referenda, edita Marpurgi
M DCC XXV.

§. 12. Non defuerunt lascivæ in Græcia mulieres, quæ ea, quam natura dedit, vultus forma non contentæ, fucum illinere faceli non dubitarunt. ^a Ipsos quin etiam viros simulatam & fictam oris pulchritudinem quæsisse ex AELIANO constat, Var. Hist. lib. IX. cap. IX. qui Demetrium Poliorceten faciem inunxisse testatur. Denique, ne alia memorem, nec pudor fuit, oculos tenui signare favilla, ut canit OVIDIVS de Art. lib. III. v. 199. ^b

SECTIO

^a Ex Ovidii loco modo citato fucorum rationem disces. Ita enim canit :

*Scitis & inducta candorem querere cera, & paulo post
Parvæque sinceræ velat aluta genas.*

Genas pallidiores παιδερῶσι, rubicundas cerussa infectas, observat SCHEFFERVS ad AELIAM locum modo citatum. Adde Viri summi Ezech. SPANHEMII Comment. in Callimachi hymnum in Del, v. 198.

^b De stibio oculorum ad illustrandum locum JEREM. IV, 30. doctè scripsit SCHLICHTERVS Dec. S. Observ. IV, p. 67. seqq. *Rugas & nævos piorum non farina fabacea, sed sanguis Christi delet* EPH. IV, 13, quod doctè ad hunc locum monuit Lambertus BOS. Coeterum, quod in transitu moneo, de lascivis oculorum jactationibus loqui Christum MATTH. V, 28. arbitratur Ven. ELSNERVS, ut βλέπειν γυναῖκα εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς idem sit, quod ἐποφθαλμίζειν.

SECTIO II.

DE CORPORIS VESTIBVS.

§. I.

Prima humanæ gentis ætas animalium pellibus amiciri satis habuit. Hoc vestitu se jactant heroës. Bachum *Parthica velat tigris* apud CLAVDIANVM de rapto Proserpinæ lib. J. v. 37. In antiquis etiam Græcorum numis Hercules pelle leonina indutus spectatur. Pelliceis vestibus post rustici usi sunt. Hinc rusticus apud THEOPHRASTVM Eth. Char. cap. V. sciscitatur *πόσθ ἡσάν δι διφθέρας, quanti constant pelles?* ^a

§. 2. Post inventam a Minerva, ut ferunt, artem textoriam ^b e lana texti vestes cœperunt, quæ materia tegendo corpori aptissima est. ^c
Nec

^a Deum *vestes pelliceas* primis mortalibus dedisse induendas ex GEN. III. 21. discimus. Johannem Baptistam pellem Cameli pro veste habuisse ex MATTH. III, 4, nonnulli colligunt Redius vestem ex pilis Camelorum, qui in Caspiis fuerunt mollissimi, & frequenter huic usui aptati, confectam sancto viro tribuit BOCHARTVS Hierozoici Parte I. lib. I. cap. II. De vestibus veterum pelliceis imprimis consulendus Joh. BRAVNVS de Vest. Sac. Hebr. lib. I. cap. IV. §. 63. seqq.

^b Ab aranea hanc artem didicisse homines dicuntur. Ἀραχνὴ ab אַרַב a *texendo* nomen tulit. Ita a nidis volucrum domos, a cantu avium loquelam deducunt, AELIANVS Var. Hist. lib. I. cap. II.

^c Hebræorum כְּתוּוֹת, unde Græcorum χιτῶν, à כְּסָה a *tegendo* nomen accepit.

Nec defuerunt quoque ex alia materia contextæ, ut lino, serico &c. ^a

§. 3. Hæc de materia; nunc ad usum vestium pergimus, qui præcipue in regendo & defendendo corpore versatur. Sed tamen & alii vestimentorum usus fuerunt. Vestes muneris loco Diis oblatas fuisse, infra videbimus. Inter homines idem obtinuisse liquet ex AELIANO Var. Hist. lib. I. cap. XXII. ^b Substratas etiam vestes euntibus honoris gratia fuisse, ex AESCHYLO & PLUTARCHO constat. ^c Denique ut pelles vestium, ita & stratorum loco fuerunt, quod probat rursus AELIANVS lib. XIII. cap. I. ^d

§. 4. Colorem vestium si spectes, plerumque natus lanæ color in vestibus mansit. Hinc frequens albi vestitus fit mentio. Ad convivia aliaque gaudia festiva euntes albis indui vestibus consueverunt Græci, id est, recentibus,

^a Vestes e serico natas intelligi MATTH. XI, 8. per *μαλακὰ ἱμάτια* evincit, easque solis cinædis & effæminatis viris olim placuisse ostendit Ven. ELSNERVS ad hunc locum.

^b Ejusdem rei vestigia invenies in Sacris annalibus, ut JUDIC. XIV, 12. eamque ob causam *vestimenta* accensentur *thesauris*, quos *tinea consumit*. MATTH. VI, 19.

^c Loca Æschyli & Plutarchi profert GROTIUS ad illustrandum locum MATTH. XXI, 8. ubi eodem honore affectus Optimus Servator legitur,

^d JUD. IV, 18. Jael Sisseram ducem hostium *veste texisse* narratur.

tibus, quibus usus albedinem nondum abstulerat. ^a Habes hunc ritum apud THEOPHRASTVM Char. Eth. cap. XXII. Squalore infestitas purgabant & candore ornabant fullones, apud eundem cap. XI. XIX. & XXIII. Distinguendum enim probe est inter albedinem & candorem. ^b

§. 5. Sæpe tamen vestes tingere colore aliquo maluerunt, quam nativo colore uti. Vestes tingere Græcis est βάπτειν, μολύνειν &c. ^c Colori

^a APOC. XIX, 7. 8. *nuptiæ & vestes albae* conjunguntur, quod cum Græcorum more convenit. Magistratus, judices & sacerdotes *albas* gestasse *vestes*, & sæpe cum his *coronas*, ostendit PASCALIVS de Coronis lib. IX. cap. V. qui putat APOC. IV, 4. eam ob causam presbyteros *vestibus albis & coronis* decoratos sedere. Hoc certum est, albedinem morum innocentiam ob oculos nobis ponere. Notum est illud Poëtæ: *Hic niger est, hunc tu Romane caveo.* Hinc in sacerdotum Hebræorum examine probos *albis*, improbos & ineptos *nigris* vestibus indutos novimus. Ex hoc ritu illustrat Dositius. LE MOYNE verba Johannis APOC. III, 4. 5. *Eum induam albis vestibus, nec expungam nomen ex libro vitæ,* id est, ex Catalogo sacerdotum. Vide ejus Diss. de Melanephoris.

^b Discrimen hoc definit LIPSIVS Elect. lib. I. cap. XIII. Candidæ vestes Deorum, & nobilium virorum ornamenta fuerunt. Vide Cl. ELSNERVM ad JOH. XX, 20.

^c Vox μολύνει hoc significatu gaudet APOC. III, 4. ubi μολύνει τὰ ἱμάτια est *aliquo colore tingere*, imprimis *purpureo*, qui Sardibus, quo scripta hæc epistola, parabatur. Sane ἱμάτια μεμολυσμένα opponuntur τοῖς λευκοῖς. Debeo

lori purpureo maximum olim pretium esse statutum, novimus, qui Regum non solum & principum, sed etiam luxuriosorum hominum decus & ornamentum fuit. ^a Lydiam tinctura purpuræ olim celebrem fuisse ferunt. ^b

§. 6. Nunc diversam vestium formam perferre liceret, nisi supervacaneum videretur omnem vestitus Græci varietatem operose persequi. Præcipua tamen, quæ scopo nostro respondent, attingemus. Cuique sexui sua fuisse vesti-

Debeo hæc Jacobo HASAEO, qui singulari Diss. hunc locum illustravit in Bibliotheca Bremensi Class. III. fasc. II. Diss. IV.

^a De *purpura* origine & præparatione hic loqui, nostrum non est. vid. PANCIROLLVS de rebus deperditis, & præ aliis BOCHARTVS Hieroz. lib. IV. cap. XI. & GATAKERVS ad M. Antoninum lib. V. §. 13. *Purpuram* Senatus Romanus ei olim misit, quem *Regem* declaravit, unde & Christo per ludibrium injecta *purpura* est, quasi a S. P. Q. R. missa. ZORNIVS Bibliotheca Antiq. Exeget. pag. 1114. ad illustrandum locum MATTH. XXVII, 28. De *purpura* luxuriosorum ornatu consulendus Jac. HASAEVVS loco citato.

^b Hoc ostendit PALMERIVS in Exercitationibus in optimos auctores Græcos p. 720. & HASAEVVS l. c. Hinc *Lydia purpuraria* laudatur ACTOR. XVI, 14. quod nomen *populi*, non *proprium* mulieris esse videtur. Olaus RVDBECKIVS filius nomen ברית JEREM. II, 22. MALACH. III, 2. *purpuram* notare olim defendit in Jchthyol. Bibl. & nuper edita dissert. adversus Cl. Michaelis idem tueri conabatur.

vestimenta, non permutanda & confundenda inter se, nemini ignotum esse potest. ^a

§. 7. Pallium virile, quod Romanorum togæ respondet, sinistro tantum lateri tegendo accommodatum, ἰμάτιον proprie Græcis est. ^b Qui hoc carebant viri, quamvis tunica interiore amicti, nudi tamen dicebantur. ^c Ἐγκόμβωμα amiculum fuit servile &c. ^d

§. 8. Tu-

- ^a Confusio vestium utriusque sexus vi divinæ legis fugienda est. DEVT. XXII, 5. Ignavorum hæc pœna fuit in Græcia militum, indui *vestitu foemineo*; qua de re infra dicitur. Veneri, Diisque quibusdam *permutatis vestibus* sacra facere consueverunt Græci, ideo forte *utrumque habitum* promiscue in sacris induentes, quod Deos ἀνδρῶνες, utriusque sexui communes, esse putarunt. Consule, si placet, Clariss. MILLII Dissertationem IX. quæ est inter selectas, & DEMPSTERVM ad Rosinum lib. V. c. XXXV.
- ^b Eundem usum habuit Hebræorum שמלה *latus sinistrum* (שמאל) solum tegens, ut dextra ad res gerendas adhiberi posset. Hinc lux affunditur phrasi Hebrææ יד נטה extendere manum JES. V, 25. & ימין הרים extollere dextram. PSAL. CXVIII, 16. MILLIUS in Dissert. Sel. p. 264.
- ^c Ita Virgilius: *Nudus ara, fere nudus, hyems ignava colono.* Eodem sensu gaudet vox γυμνὸς JOH. XXI, 7. ne quis putet, juvenem illum, quem Johannem fuisse putant, pudori male consuluisse, cum *nudus* aufugit. Plura in hanc rem leges apud CUPERVM in Obs. lib. II. cap. VII.
- ^d I. PETR. V, 5. jubemur ἱσομειβάσασθαι ταπεινοφροσύνην *servorum instar humilem gerere animum, aliisque ministrare & opitulari*, quod observat Clariss. CLERICVS ad h. l. Ad

§. 8. Tunica Gr. χιτών vestis fuit interior, utrique sexui & virili & muliebri communis, dicta a tegendo, quod supra notabamus. Huic superinjici a viris principibus æque ac scæminis nobilibus consuevit Στολή, vestis talaris, pedes defluens ad imos, quæ & Diis addi a Poëtis solet. CALLIMACHVS Apoll. v. 32. Dian. v. II. ^a

§. 9. Succingendis stolis & togis infervierunt cingula ζώνια & ζωστῆρες & ζώναι. ^b Materia fuit vel pellicea, vel aurum, argentum &c. pro lubitu cingentis. ^c Hæc denique cingula & recondendo argento apta fuerunt. ^d

SECTIO

Ad nexum cingulorum hæc referenda putat Joh. SIRBRANDA in Bibl. Brem. Class. VII. p. 967. cujus ex mente *humilitas animo est innectenda & innodanda.*

^a Angeli stolis amicti apparent MARC. XVI, 5. & gloriæ cælestis participes animæ APOC. VI, II. Et scribæ Judæorum *ex stolis* quid venerationis accedere suæ dignitati putarunt MARC. XII, 38. De hoc vestitus genere præclara notavit Ill. SPANHEMIVS ad locum Callimachi priorem.

^b Imprimis virgines Zonis decorata fuerunt, quasi quibusdam castitatis frenis. Hac de re infra, ubi de nuptiis dicitur. Hinc *sobrietas cingulo* comparatur, quia conservat castitatem I. PETR. I, 13. ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διακίνας ὑμῶν, νήφοντες: *Succingentes lumbos animi vestri per sobrietatem.* Et Christi amor cinguli ad instar nos continet, aptos ministerio Dei, & paratos red- dit, 2. COR. V, 14. Ἡ ἀγάπη χειρᾶ συνέχει ἡμᾶς.

^c Johannis Baptista cingulum fuit pelliceum ζώνη δερμασίνη. MATTH. III, 10. qua de re legendus BRAVNIVS de Vest. Sac. Hebr. lib. II. c. III. §. 355. & 360.

^d MATTH. X, 9. Apostoli jubentur μή κτήσασθαι χρυσόν, μήδὲ ἄργυρον,

SECTIO III.

DE PEDVM TEGVMENTIS.

§. I.

QUI feveriozem vitæ rationem fequi in Græcia decreverant, nudis incedere pedibus maluerunt, quam calceis uti, teſte PLVTARCHO in Phocione. In aliis avaritia cauſa fuit ἀνυποδησίας, quos notat THEOPHRASTVS Eth. Char. cap. XI. Obtinuit eadem in cultu ſacro^a & in luctu.^b

§. 2. Fri-

ἀργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ἀνίσταν, non accipere, comparare ſibi aurum, argentum aut eſ recondenda in cingulis. Obſervat hunc Zonarum uſum GROTIUS ad l. c.

- a CASAVBONVS ad Suetonium in Aug. cap. C. tradit morem in cultu ſacro calceos exuendi. Sacerdotes plerarumque gentium nudis pedibus ſacra feciſſe, oſtendit BRAVNIVS de Veſtitu Sacerd. Hebr. lib. I. cap. III. §. 48. Hæc conferri cum ſacris ſcriptis merentur. Moſes locum ſanctum & ſingulari præſentiæ divinæ ſigno honoratum calceatus attingere vetatur. EXOD. III, 5. coll. JOſ. V, 15. Et Jüdæi non licuiſſe cuiquam calceato templum intrare ferunt, quod BRAVNIVS eodem loco §. 36. monet. Imprimis ſacerdotibus Hebræis per ſanguinem hoſtiarum perpetuo gradientibus, (quo refero illud Apoſtoli: καὶ παταῖν ἰὸν τοῦ τῆ θεῶ, καὶ τὸ ἄμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγνῆσαι Hebr. X. 29.) Sine calceis non potuerunt non varii accidere morbi, de quibus audiendus JYDA LEO de Templo lib. I. His mederi malis in Veteri Teſtamento placuit ſummo Deo, qui ideo Iſraelis medicum ſe dicit. EXOD. XV. 26. confer Clariff. ZORNI Opuſc. S. Parte II. p. 3.

- b In luctu poſitos calceos probat CASAVBONVS ad Suetonii l. c.

Hoc

§. 2. Frigoris tamen vel itineris asperitatem superaturi facilius, vel commoditati studentes calceis muniverunt pedes, qui aurei, argentei, gemmis distincti fuerunt ditioribus. ^a Alligabantur autem pedibus, unde nomen ὑποδημάτων manavit, & rursus solvebantur, ubi deponere libuit. ^b

§. 3. Altiores calceos, quibus staturam adjuvarunt mulieres lascivæ & superbæ, Græci vocant Βαυιδας, calceos autem venatorios arte pedi adhærentes ad furas usque, ἀρβύλας & ἐνδρομίδας. Tragædorum sublimia calceamenta κοδορνίς dicunt. Denique rusticorum calceos ferreis clavis, ut hodie, instructos fuisse, testis est THEOPHRASTVS cap. V. ^c

CAPVT

Hoc iterum cum Hebræorum moribus convenit. Exstat locus evidentissimus EZECH. XXIV, 17. *pone calceos tuos de pedibus tuis.*

- a Consule, si placet, SPANHEMIVM ad Callimachi hymnum in Apoll. v. 34. De gemmis, calceorum ornatu, disserit Cel. ZORNIVS in Bibl. Antiq. p. 1120. qui conferre & illustrare laborat locum PSAL. LXVIII, 31.
- b *Calceos solvere & subligare servorum erat, quos calceis verberare domini consueverunt, nisi opere servili probe defungerentur. Videatur BRODAEVVS in Miscell. lib. VIII. cap. XVI. Johannes ergo se indignum professus, qui Christi calceamenta ferret, solveretque, Christi ministerio se indignum iudicavit. MATTH. III, II. MARC. I, 7. Plura dabit hac de re BRAVNIVS l. c. §. 44.*
- c Et *militum. Clariss. ZORNIVS de his calceis ferro & ære munitis DEVT. XXXIII, 25. dici putat, in Bibl. Antiq. p. 1118. HAMMONDVS eos accuratius depingit ad EPH.*

CAPVT IV.

DE IUVENTVTIS EDVCATIONE.

§. I.

UT alimentis corpus, ita doctrina bonisque artibus animus nutritur, ut egregie ornetur simul, tegatur & defendatur. Consideratis ergo alimentis ac indumentis, nunc educationis in Græcia ratio enarranda, ^a

§. 2. Edu-

VI, 15. ubi vocem *ἰσχυρισμός* ad firmitatem gressus militaris referendam putat. Consentit Doctiss. ZORNIVS in Bibl. Antiq. p. 212. Forte ad primi paschatis institutionem attendi vult Apostolus, quod Hebræi *lumbos succincti & calceati* comederunt EXOD. XII, II. Utrobique *cinctura* lumborum EPH. VI, 14. utrobique *calcei* requiruntur, hic Apostolus *ἰσχυρισμόν* postulat, illic a *stantibus* pascha celebrari necesse fuit. τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἐσχάτης ἡμέρας opponitur typo paschatis, in quo *pax Christi agni illius immaculati sanguine facta & firmata* obsignabatur. Nec potuerunt Hebræi de suscipiendo in Canaanem itinere cogitare, quin simul hostes sibi ob oculos ponerent, libertatem itineris & ingressum in ipsam Cananæam vi & armis impedituros. Recte ergo Christiani non *succincti* solum & *calceati*, sed & *armati* exhibentur ab Apostolo. Similis fere allusio HEBR. XIII, 20. 21. invenitur, ubi epitheton Dei (ὁ θεὸς ἐσχάτης ἡμέρας) ad *defensores* Israelis primogenitos in cæde Ægyptiorum, ὁ ποιμὴν τῶν προβάτων & ἄμικτα διαθήκης ad *mactatum agnum* paschalem, τὸ καταρτίσαι &c. ad modum comedendi agnum *cum calceis & cingulis* spectare videtur.

^a Doctrinam cibo comparari notissimum est, & ubivis obvium. Ita ARISTOPHANES in Plut, Κυνηδὸν τῆν σοφίαν στήθεσσι

§. 2. Educandis & instituendis pueris adhibiti sunt παιδαγωγοί. ^a Hi sæpe fervilis conditionis homines fuerunt, quod ex PLVTARCHO περι παιδαγωγ. cap. VIII. constat. ^b Non raro tamen ingenui fuerunt iuventutis magistri, summo honore maçtati, ut habet DIONYSIVS Periegetes. v. 172. & publicis præmiis affecti. ^c

§. 3. Qui

τῆσομαι comedam sapientiam, ut canes voraces solent. Doctrina verbi divini lacti & cibo solidiori confertur. HEBR. V, 12. occurrit γάλα κ̄ σῆσα τρεφή. Nec minus frequens est translatio a vestitu ad doctrinam & mores, ut PLVTARCHVS dixit: ἐκδύεσθαι τὸ ἄγχιον agrestes ponere mores. Ita CICERO: exuere hominem, induere nobum ingenium &c. Et morum ac cordis mutatio, illuminatio intellectus, ac sanctificatio voluntatis vestium depositioni & ornatui confertur. EPH. IV, 22. 24.

^a Παῖδες sunt tenella ætatis pueri, cum υἱοὶ sint adultiores. Mature semina doctrinæ & virtutis credenda animis tenellis, quod Timotheo contigisse Paulus refert 2. TIM. III, 15. ἀπὸ ἐριφῶς. Recte Alexander Morus discrimen Veteris & Novi fæderis hinc colligit. Sub Vet. fædere fideles fuerunt παῖδες, usi ergo pædagogis GALAT. IV, 1. Fideles Novi fæderis dieuntur υἱοὶ, filii adulti. GAL. III, 26. πάντες υἱοὶ θεῶ ἐστέ. Omnes filii Dei estis.

^b Hoc singulari dissertatione probatum dedit Fridericus Christophorus NEVBOVR, multaque erudite notavit ad GAL. IV, 1. 2. Servi quam rigide pueros Gymnasio inclusos tractaverint, docet Ven. Jacobus ELSNERVS ad GAL. III, 23. ubi emphatica sunt verba, ἐφεραρέμεθα velut cærçeri & custodiæ inclusi eramus, κελκισμένοι &c. Convenit & pædagogus servus, cum lege, quæ est pædagogus, ex serva Hagar.

^c Zeno aurea corona donatus est, Plato & Epicurtus sta-

§. 3. Qui pueros literas docebant, γραμματισται, qui Musicam, μουσικισται, qui palæstram, παιδολεξται dicti sunt. Et has præcipuas puero- rum exercitationes commendat PLATO in Pro- tagora, quibus multi addebant pictoriam.

§. 4. Primus puerorum labor est, discere literas, molestus certe ob duritiem magistro- rum, ut non abs re Socrates dixisse feratur, tria esse mala, Grammaticum, paupertatem & ma- lam uxorem. ^a Libris usi sunt Græci longiori- bus membranis, quas Græci vocant πύχας, a πύσσα convolvo. ^b

§. 5. Post

tua &c. Discipuli magistris eam mentis veneratio- nem addixisse leguntur, ut vix nomina eorum pro- ferre ausi fuerint. Quoties de præceptore sermo erat, usi sunt pronomibus αὐτός, ἐαυτοῦ, quod monet Cla- riss. ELSNERVS ad I. JOH. II, 6. ubi Christus Johannis magister, non addito nomine, ἐαυτοῦ dicitur. καθὼς ἐαυ- vos περιπατήσας, sicut ille scil. Christus, ambulabit. Hebr. הוּא Deo tribuitur emphatice PSALMO CII, 28. הוּא וְאַתָּה הוּא tu es ille, quod pronomen pro nomine divino habent Capnio & Galatinus, GLASSIVS Philol. S. p. 709.

^a Timotheus edoctus fuit ἵσραὴ γραμματισταὶ ἀπὸ ἐρέφους a pri- ma inde infantia 2. TIM. III, 15, quem locum modo ci- tabamus.

^b DOUGTAEVS in Anal. S. parte I. p. 255. Eadem forma Hebræorum fuit codicum. Nam מגלה librum no- tat a גלה convolvere. PSAL. XL, 8. occurrit ספר מגלה ספר solumen libri. Nec obscura est allusio ESA. XXXIV, 4. וּנְגַלוּ כְסֵפֵי הַשָּׁמַיִם convolventur, ut liber, caeli. Vide Dougtaum l. c. Si materiam spectes, libri vel opuscula לוֹסֵי dicuntur. Et לוֹסֵי ille πρῶτος, quem se con-

§. 5. Post tractatas literas, antequam Philosophiæ datus est animus, & in ipso quoque curriculo Philosophico, artem Musicam aggressi sunt pueri in veteri Græcia, qua non rustici solum conchylia manu complodentes apud ARISTOPHANEM in Ran. v. 1342. sed & summi viri & Dii delectari visi sunt, apud eundem Nub. v. 296. ^a Nec mirum, stupendos enim effectus

C 4

Mus-

consignasse dicit Lucas, ACT. I, I. non *orationem*, sed *librum* notat. Tractatus autem sive *λόγος* olim ante inventum interpungendi modum per *σίκυς* & versus dividi solebat, inchoata semper nova linea, cum distinctiō aliqua per *κομμάτα*, *cola* & *puncta* indicanda fuit. Vide MONTFAUCONII Palæographiam Græcam lib. I. cap. IV. Hosce versus seu *σίκυς* finito opere numerare, numerumque initum operis. calci addere consueverunt veteres, quod in quibusdam vetustis exemplaribus Epistolarum aliquot Paulinarum observarunt viri eruditi. Vide STÖLBERGH Diff. de *σικυμετρία* veterum. Nec solum per *σίκυς*, sed & *συστοφιδόν* scripserunt veteres instar bovis arantis a fine primæ lineæ exordium secundæ ducentes inversa charta &c. Vide MONTFAUCONIVM l. c.

- ^a Quam præclara artis Musicæ peritia in Davide fuit? Ex *vita pastorali* eam manasse, eamque ob causam toties in Psalmis rei pastoriciæ mentionem fieri PSAL. XXIII. XLII. LXXX. C. &c. si quis putet, is memor sit institutorum auctore Deo concentuum Musicorum in templo, quibus harmoniam operis gratiæ & læta salutis gaudia adumbrare Deus voluit. De Musica sacra vide DOUGTAEI Anal. I pag. 190. ad I. CHRÓN. XVI. 42.

Musicam efficere, auctor est CALLIMACHVS in Apoll. v. 17. & 20. ^a quanquam a pastoribus dicitur inventa, Apolline, Mercurio & Pane. ^b

§. 6. Diagrammatum septem Musicorum, quibus soni varietas exprimitur, auctor dicitur Stratonicus Citharædus. Soni illi Planetis totidem sacri fuerunt, ut ὑπάτη Lunæ, παραυπάτη Jovi, λιχάνος Mercurio, μέση Soli, παραμέση Marti, τρίτη Veneri, νήτη Saturno. Fundamentum hujus rei in numeri convenientia forsan quaeres. Si progredi ultra lubet, invenies Musicam priscis Philosophis fuisse symbolum harmoniæ hujus universi, quod probant Pythagoræ numeri & dicta. ^c

§. 7. A

- ^a Pulsante citharam Davide cessit spiritus Sauli Melancholicus I. SAM. XVI, 16. Elisæus vaticinaturus moveri prius per Musicam affectus voluit. 2. REG. II, 15. quæ loca illustrat Ezech. SPANHEMIVS ad Callimachi I. c. adde BOCHARTI Hieroz. Parte I. lib. II. c. XLII.
- ^b Argivos omnium primos in Græcia Musicam tractasse auctor est EVSTATHIVS ad Dionysium. v. 419. Si extra Græciam abieris, jam GENES. IV, 21. Jubal laudatur *citharæ & tibie* inventor, quem alii non invenisse Musica hæc instrumenta putant, sed promovisse & exarsiasse. Instrumenta hydraulica Jubali deberi ex nomine, quo *torrens* significatur, conjicit Celeberrimus REIMMANNVS in historia lit. antediluv. pag. 116. qui & Musicæ nomen a voce Aegyptia, *Mo aquam* notante, deducendum existimat.
- ^c De Musica mundi harmonici emblemate consule præ aliis Ven. LAMPIVM ad Pl. XLV. Diff. I. §. 18.

hymni sacri, & carmina convivalia, *σολία*, de quibus suo loco dicetur. Instrumenta Musica vel spiritu oris inflantur, vel chordis instructa tanguntur digitis, illa *ἐμπνεύσα*, hæc *ἐντατα* vocantur. ^a

§. 9. Cithara sine voce primum cecinisse Thamyram, cum voce Amphionem, vel, ut alii tradunt, Linum, cum tibiis canere voce Træzenium Dardanum instituisse, refert PLINIUS Hist. Nat. lib. VII. cap. LVI. Præcipua ergo, ut ex hoc Plinii testimonio patet, instrumenta veterum Græcorum fuerunt Cithara & tibia. Nam tympani & cymbali frequentior in Phrygia, rarior in Græcia fuit usus. ^b

§. 10. Ci-

^a Hæc uberius exsequitur Ill. SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Del. v. 253, Instrumenta *ἐμπνεύσα* Hebræis *נחילות*, sed *ἐντατα* *ננינות* dicuntur, notante rursus GATACKERO l. c. cui ipsa vocum origo manifestam fidem facit.

^b Tympanum occurrere I. COR. XIII. I. ubi *χαλκός η' χῶν* memorat Apostolus, censet Clariss. ZORNIVS, qui & alias hujus loci interpretationes in medium profert. Non male *tympanum* hic intelliges, quippe quod in sacris Cybeles religioni & cultui sacro inservit, aliis metum Numinis incutiens, quamvis ipsum metus & religionis expers fuerit, simile ergo *falsis Apostolis*, qui aliis cum amorem commendant, cujus ipsi sensum nullum habent. De *ære Corinthiaco*, quod uno ore laudant scriptores veteres, cogitandum putat Alexander MORVUS in notis ad locum Pauli citatum. Ad Corinthios enim scribitur de *ære sonoro*, quæ laus æri
Corin-

§. 10. Cithara five lyra Apollini tribuitur auctori, cujus imago in numis antiquis saepe cum lyra apparet. Et sane viris principibus, quin & Diis ipsis jucunda fuit cithara, si HORATIO credimus lib. II. od. II.

Divitum mensis & amica templis

Lyra.

Imprimis Phœbo ἐπιδημήσαντι accinere citharis jubentur pueri apud CALLIMACHVM in Apoll. V. 12. 13. ^a

§. 11. Chordæ, quibus instructæ veterum citharæ fuerunt, variam habuerunt materiam, vel linum, vel ovium intestina, varium quoque numerum, unde nomen lyrae τριχόρδον, τετραχόρδον & ἐπταχόρδον, ^b varium denique usum, mo-

Corinthiaco propria est. Tympano seu æri horrifono Apostolus junxit κύμβαλον ἀλαλάζον, de quo idem ZORNIVS l. c. & Cl. LAMPIVS in doctissimo scripto de Cymbalis veterum.

^a In sacro Hebræorum cultu *citharæ* usum frequentissimum fuisse, quis nescit? vide PSAL. XXXIII, 2. & alia loca. Et citharæ origo Hebræis debetur. Jubal Cainus prædicatur כנור תופש כל אב pater omnium pulsantium citharam, GEN. IV, 21. Ipsa etiam vox κίθαρα, κίθαρα & κίθρα ab Hebræa כנור originem traxit.

^b PSALMIS XLV. LX, & LXXX. occurrit vox ששנים quam citharam sex chordis munitam ἑξαχόρδον significare monet GATACKERVS in Cinno, loco citato. Eadem plane ratione שמינות citharam ἑπταχόρδον designabit, cujus mentio fit PSALMO VI, &c.

movendæ nempe vel digitis vel plectro, quod utrumque ψάλλειν & κρῦειν vocatur. ^a

§. 12. Gradus soni, quibus ascendere ac descendere per chordarum interstitia licuit, continebat Magas quædam, cui affixum fuit ἡχεῖον, æs sono augendo inserviens. ^b Consonam fuisse harmoniam veterum, non remissam, ut suo tempore, observat Scholiastes ARISTOPHANIS in Nub. v. 1064. quod ad semitonia, ut vocant, forte referendum est, quæ ignoravit antiquitas.

§. 13. De inventore Tibiæ ambigunt scriptores. Alii Olympo, alii Marsyæ, alii Seritæ Afro hoc inventum tribuunt. Plurimi tibiā rectā a Minerva, obliquā a Pane excogitatam asserunt. ^c Forte pastorum solertiæ hæc laus

^a Ut ψάλλειν canere cithara, ita ψαλμός cithara sonum indicat, quod patet ex I. SAM. XVI, 18. XIX, 9. & iis auctorum locis, quæ citat Ill. SPANHEMIVS ad Callimachi locum modo laudatum.

^b Æreum hoc instrumentum ad illustrandum Pauli illud χαλκός ἡχών, (de quo paulo ante diximus) adduxit Doctiss. ZORNIVS in Opusc. S. Tom. I, p. 125. seqq.

^c GEN. IV, 21. (quem locum modo laudavimus) Jubal Caino tribui videtur inventio tibiæ. Nam vocem עוגב tibiā indicare, & a voluptate ac gaudio ita dici, vero simile est. Non parum roboris huic sententiæ accedit ex Chaldæo interprete, qui pro עוגב usus est voce אכובא, unde HORATIO Ambubaja sunt αὐλητρίδης tibicina. Hæc & his similia docte exponit Ill. SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Dian. v. 245. Cum Phrygibus inventio tibiæ accepta fertur, cum
barbara

laus debetur, quibus chara omni tempore fuit fistula. ^a

§. 14. Multiplicem Tibiæ usum in Græcia veteri fuisse ex scriptoribus constat. De usu bellico, convivali, & sepulchrali infra dicitur. Usus sacer ex THEOPHRASTO patet Eth. Char. cap. XII. qui ex cultu matris Berecynthiæ in Græciam manasse videtur. Denique in quocunque solenniore gaudio adhibitæ tibiæ & fistulæ, non sine choreis & saltatione. Argumento esse possunt Gratiæ, quæ manu sua tibiam & fistulam tenent in numis. ^b

§. 15. A Tibiis, quæ ex ebore, vel buxo, vel alia quavis materia, sæpe etiam ex hinnulorum ossibus confectæ fuerunt, ^c differt fistula
vel

barbara, id est, *Phrygia* *buxus* tibia dicitur, facile ab Hebræis ad Phryges, quibus multa cum Hebræis communia fuerunt, transire tibiæ usus potuit.

^a Male tamen THEOPHYLACTVS pastores tibia canentes sibi audire visus est, quando Evangelium de Christo nato illis nunciaverunt angeli. Nam *ἀγγελῶν* non tibiæ cantum, sed *custodias pastorum* nocturnas notare, hoc pueri norunt, & qui nondum ære lavantur.

^b Habes imaginem eleganter expressam in Commentario eruditissimo SPANHEMII, quem sæpe laudavimus, in hymno in Dian. v. 243.

^c Hinc *ἰεραία ὄστρα* tibiæ dicuntur a CALLIMACHO in Dian. v. 444. Elegans est conjectura Ven. HASÆI in Bibl. Brem. Class. I. p. 46. qua putat PSAL. XXII. per *תִּיבָה* instrumentum Musicum significari *ex ossibus cervæ fabricatum*. Communi nomine a *perforando* tibiæ Hebræi

vel *μονοκάλαμος* vel *πολυκάλαμος*, de qua VIRGILIUS: *Pan primus calamos cera conjungere plures Edocuit.* Fistula sonum edit tenuem & acutum, contra Tibia gravem, quam ut majore vi inflarent Tibicines, genas & labra corio constrinxerunt, quod docet Scholiastes ARISTOPHANIS in *Vesp.* v. 580.

§. 16. Præter Musicam in pretio quoque Græcis fuit Pictoria. Si Alexandrum ab ALEXANDRO audis, præ aliis Athenienses hanc artem magni fecerunt, ut Mitylenæi Citharam, Thebani Tibiam. Genialium dierum lib. IV. cap. XIII. Principibus viris illam fuisse jucundam, perhibent scriptores. ^a

§. 17. Ru-

bræi appellant נקביו & לליו, qua de re plura dabit SPANHEMII commentarius ad Callimachi locum citatum,

^a Picturæ antiquitas ex NUMER. XXXIII, 52. colligi potest, si cum Ampliss. CVPERO per vocem משיכות *picture* intelligas, quod placuit GVRTLERO in *Origin. Mundi* lib. II. cap. XXXV. §. 41. An picturæ origo Idololatriæ debeatur, quæ sententia est OWENI in *Theologumenis*, pag. 205, alii judicent. Quamvis picturæ abusum, lascivasque imagines damnavit merito Concilium Trullense. Can. 100. narrante ad Suetonium in *Tiberio* cap. XLIII. CASAVBONO, præclarum tamen, nec improbandum esse picturæ usum, ex templi Salomonici imò & Tabernaculi veteris ornamentis elucet.

§. 17. Rudia fuerunt Artis Pictoriæ, ut aliarum, principia. Primi Pictores hominis aut animalis umbram lineis circumducere, ut formam quodammodo exprimerent, necesse habuerunt, monente PLINIO Hist. Nat. lib. XXXV. cap. III. Et ne pictoris mentem nesciret spectator, adscriptos fuisse titulos, τῆτο ἔξῃς, ἐκείνο ἰσῶτος, τῆτο δένδρον, narrat AELIANVS, Var. Hist. lib. X. cap. X. Insignia hæc ars debet incrementa & ornamenta Cimoni Cleonæo, ad summum apicem, quantum licet, eandem promoverunt Apelles, Aristides, Parrhasius, Zeufis, aliique, de quibus consulendi sunt historici.

§. 18. Penicillus, quo utuntur pictores, Græcis dicitur γραφίς & ὑπογραφίς. Delineationem formæ alicujus rudem iidem vocant τύπον, ὑποτύπωσιν, ὑπογραφὴν, ὑπογραμμὸν & σκιάν, imaginem vero perfectam εἰκῶνα. ^a

§. 19. Ut

^a Vox ὑποτυπώσεως hoc sensu occurrit I. TIM. I, 16. ubi Apostolus gaudet sibi gratiam in Christo obtigisse πρὸς ὑποτύπωσιν tanquam rudem delineationem ejus gratiæ, quæ tot gentibus in Christum credentibus concedenda erat. Idem Apostolus prima rudimenta fidei Christianæ ὑποτύπωσιν ὑστεινόντων λόγων commendat 2. TIM. I, 13. Eodem modo intelligenda vox ὑπογραμμὸς I. PETR. II, 21. Christus reliquit ὑπογραμμὸν delineationem (Einen Grund: Riß) vitæ sc. Christianæ, ut sequeremur ejus vestigia. Cum Vetus Testamentum dicitur σκιά τῶν μελλόντων COLOSS. II, 17. HEBR. X, 1. facile patet, hoc nomine rudes lineas bonorum Novi Testamenti intelligi. His opponitur ἡμῶν imago perfecta,

§. 19. Ut iuventus Græcorum ad præclaram pingendi artem eo magis excitaretur, instituta olim in Græcia fuerunt certamina pictoria, præcipue Corinthi & Delphis, in quibus victori palma cum insigni honore cessit, quem ritum debeo Alexandro AB ALEXANDRO Genialium dierum lib. V. cap. VIII.

§. 20. Habuit & muliebri genus sua decora in antiqua Græcia. Non defuerunt virgines & fœminæ literis artibusque excultæ. Corinna Thebana poëtico certamine quinque superavit Pindarum, Sapho artem Poëticam, Aspasia Rhetoricam professa legitur. Quin etiam pingendi artificio inclaruerunt Timarete Mycaonis, Irene Cratini, Aristarete Nearchi filia &c.

§. 21. Alias a teneris lanificio adfuescere puellæ didicerunt, cuius studii Minervam inventricem prædicant. Colum, Calathosque Minervæ vocat VIRGILIUS. Nec principes fœminæ ab hoc labore abhorruerunt, quod exemplum Penelopes confirmat. Augustum Cæsarem neptes suas huic operæ admovisse, testis est SVETONIUS Aug. cap. LXIV. ^a

§. 22. Vir-

*fecta, & elaborata COL. I, 15. ubi Christus vocatur
 ἡ ἀπὸ τῆς οὐραίας τῆς ἀοράτης περφέκτα & consummata imago Dei
 invisibilis.*

^a Commendatur industria hæc muliebris PROVERB. XXXI, 13. Laudantur & vestimenta Dorcadis manu facta ACTOR. IX, 39.

§. 22. Virginibus Græcis, ne quid periculi castitati immineret, additi sunt custodes, senes, anus, eunuchi vel servi. Eundem in finem interiora ædium penetralia, quæ Gynæconitis appellatur, scæminarum sedes fuerunt. ^a

§. 23. Egressi ex Ephebis pueri vel ad Philosophiæ studium vel ad artem aliquam meritoriam, vel agriculturam vel denique mercaturam conversi certam aliquam vitæ rationem elegerunt, quam, τέλειοι ὄντες virilem ætatem nacti, sequi possent. ^b

§. 24. Philosophiæ studium vulgo exosum fuisse ob detestabilem ingenii Philosophici abusum ex innumeris LUCIANI locis constat. Inter alia convicia, & illud imprimis referendum, quod Philosophos μετεωροσκόπως, & Socratem ἀερομετρήντα per contemptum dixerunt. ^c Non tamen ideo rejiciendus est re-

D

ctus

^a POTTERVS Archæologiæ Græcæ lib. IV. cap. XIII. Hebræis idem placuisse videtur, qui virginem נשלה a נלה ab abscondendo nominandam censuerunt. Convenit Syrorum נלה MARCI V, 41. Jocos agunt, non serias, qui μητέρας ἀπὸ τῆ μη τρησίδου, quod non custodiendæ post initum conjugium & editam prolem sint, matres dictas esse affirmant.

^b Τέλειοι ἄνδρες dicuntur in flore ætatis constituti EPH. IV, 13. Eis ἄνδρα τέλειον ad virilem ætatem, quod observat Cel. RAPHELVS in notis Xenophonteis ad h. l.

^c Verbum μετεωρίζεσθαι sublimibus Phariseorum quæstionibus & legis interpretamentis convenire IVC. XII, 29. & a Philosophorum ampullis desumptam esse censet RAPHELVS in notis Xenophonteis ad locum Lucae citatum.

etus Philosophiæ usus, nec defuerunt viri summi, qui omne otium ac studium ad assequenda Philosophiæ præcepta contulerunt. De Philosophorum sectis differere hujus loci non est.

§. 25. Contemptum Philosophorum non parum auxit otium, cui unice posthabitis laboribus dediti videbantur. Severas enim adversus otiosos leges scripsit Solon. Præ aliis illa eminet, quam laudat Diogenes LAERTIVS in Solonis vita: Ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔσω παντὶ τῷ βυλομένῳ γράφεται. *Otiosum in jus vocet, quicumque voluerit.* Ne licuit quidem Athenis ἀργὸν τρέφειν οἰκέτην, *Servum alere otiosum.*^a

§. 26. Cum primum itaque per ætatem licuit, nisi arma tractare necessitas reipublicæ juberet, juvenus Græca vel arti alicui sellulariæ se dedit, quod pauperiorum fuit, vel pecuariæ, agriculturæ & mercaturæ, quod ditiorum.

§. 27. In artibus manuariis, quas Βαναύσεις vocant Græci, præcipua fuit statuaria, qua olim inclaruerunt Græcorum bene multi, Praxiteles, Phidias alique. Dedit huic arti aliquod pretium statuarum & simulacrorum in templis usus frequentissimus. In genere artium incremen-

^a Conveniunt Apostolorum monita, imprimis 2. THESS. III, 12. ubi Paulus jubet μετὰ τανυχίας ἐβιάζεσθαι καὶ τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐθίσιν *sine vita ullo tumultu laborare, & proprio (non injuste parto, vel emendicato) vesci pane.*

menta mirum quantum ! promovit institutum illud, quo peritiori in sua arte dabatur *σίτησις ἐν πρυτανείῳ & προεδρίᾳ*, ali publico *sanctu*, & primum tenere locum, teste ARISTOPHANE in Ranis. Nec licuit *δύο τέχνας μετιέναι* binis simul artibus dare operam, ut uni conjunctis animi corporisque viribus incumberent artifices.

§. 28. Pecuaria quanto olim in honore fuerit, vel inde colligere tuto licet, quod Deos ipsos Apollinem, Mercurium, Pana, Herculem &c. pastoritiam vitam egisse fingunt Poëtæ. Cessit hæc pastoralis vitæ dignitas, cum mercenaria pastorum opera esse cœpit. ^a

§. 29. Agrorum hortorumque culturam olim honestam fuisse, probant agri Regibus præmii loco concessi a populo, de quibus infra dicitur. ^b Funibus metiri arva consueverunt veteres. ^c

§. 30. Non

- ^a Quo in pretio apud sanctam primævi orbis gentem fuerit vita pastoritia, ex sacris Patriarcharum discere licet annalibus. Vide BOCHARTI Hierozoicon Parte I, lib. II, cap. XLIV.
- ^b Cyrum & Attalum Reges sua manu hortos consecuisse ferunt. Noachum vineas plantasse, terræ totius Dominum, Patriarchas agriculturæ operam dedisse sacri scriptores tradunt. Vide SCHLICHTERVS in Dec. S. Obs. XVII.
- ^c Lege, si dubitas, GATACKERI Opp. Critica p. 3. Evidens est allusio PSAL. XVI, 6. LXXVII, 57. AMOS VII, 17. morente eodem Gatackero. Eundem morem DOVG-

§. 30. Non permittit instituti ratio hic ea omnia cumulare, quæ de colendi agri hortique modo dici possent. Sufficiat observasse prata & hortos mobilibus rivis, ut ait HORATIVS, lib. I. od. VII. irrigasse veteres, quos pro lubitu huc illuc flectere licuit. ^a Boves arantes stimulis impellendi fuerunt, unde proverbium enatum: πρὸς κέντρα λακίσειν adversus stimulum calcitrare ^b Bobus arantibus vel triturantibus, ne spicas comederent, impedimento fuit capistrum, quod παυσικάπην Græci nominant. ^c

§. 31. Mer-

TAEVS ad illustrandum locum 2. COR. X, 13. 14. notat, ubi verba κατὰ τὸ μέτρον τῆ κανόνος ad funes & decempedas, quibus dividebantur agri, referenda arbitratur.

^a Huc refero verba sacri scriptoris PROVERB. XXI, 1. *Ribi aquarum cor Regis est, in manu Domini positum, quocunque lubet, flectit illud.*

^b Legitur proverbialis hæc sententia ACTOR. IX, 5. *σκληρὸν σοι πρὸς κέντρα λακίσειν, durum erit tibi, adversus stimulum calcitrare.* Stimulus ille Hebræis est מלמר, (unde ipse bos אלהרף) & ררכן. Conferuntur ejusmodi stimulo verba sapientum, quibus ad pietatem impellimur ECCLES. XII, 11. BOCHARTVS P. I. lib. II. cap. XXXIX.

^c Magnus BOCHARTVS ex hoc ritu lucem accendit locis DEVT. XXV, 4. & I. COR. IX, 9. *Ὁυ φιμώσεις ἐν ἀλώεσσι non capistrabis bovem triturantem, ut a comedendis frugibus eum revoces.* Ibidem cap. XL. Ex Xenophonte triturandi modum exponit RAPHELIVS ad locum Pauli citatum,

§. 31. Mercaturæ eadem fere, quæ pecuariæ & agriculturæ, est antiquitas. Necessaria enim fuit statim post auctum & sparsum per orbem hominum genus, quia non omnis fert omnia tellus, ut canit Ovidius. Primum Mercaturæ genus pecoris ac frugum fuit permutatio. Ἐπειάνηο ἀνιδόντες βῆς, ait PAVSANIAS lib. III. cap. XII. Verbum πωλεῖν a πῶλος pullus, ut ἀνείθεαι ab ὄνος alinus ob pecoris permutationem dictum putatur, quemadmodum pecunia, qua postea usi fuerunt, a pecu originem traxit. ^a

§. 32. Mercaturæ tria genera apud Græcos olim fuerunt, Φορηγία illarum mercium, quæ jumentorum ope afferuntur, ναυπηγία earum, quæ navibus apportantur, & παράσσις denique illarum, quæ in ipso solo patrio nascuntur. ^b

§. 33. Præfuerunt Athenis Mercaturæ Ἐμπόρων ἐπιμεληταὶ curatores mercatorum, quibus accenseri merentur Ἀγορονόμοι, Μετρηνομοιο aliique hujus generis. Vectigalia colligebant ex mercibus

D 3

cibus

^a Verbum πωλεῖν emere ab Hebræo יָרַב fructus ortum videtur, ob antiquissima frugum mercimonia. Jacobus partem agri centum agnis כֶּסֶף קִשְׁיָה emisse narratur GEN. XXXIII, 19. En pecoris mercatum!

^b Uberius hoc discrimen persequitur Ill. SPANHEMVS ad Julianum, p. 139.

cibus οἱ Τελῶναι ob sævitiam celebres. ^a His similes fere οἱ Συκοφανται, qui ad magistratum clam detulerunt eos, qui ex Attica ficus exportare auderent, quod capitale erat. ^b

CAPVT V.

DE SERVIS.

§. I.

Postquam de ingenux̄ iuventutis educatione breviter differuimus, de seruorum conditione pauca sunt addenda, quibus ad agriculturam & mercaturam usi fuerunt Græci, quas modo attigimus.

§. 2. Commune seruorum in Græcia nomen fuit δᾶλος, apud Comicos sæpe occurrit vox οικέτης. Nec raro παῖδες vocantur serui, ^c
raro

^a Sævitiam & iniquitatem Publicanorum depingit Alexander MORVS in notis ad ΜΑΤΤΗ. XI, 12. ubi per βιασᾶς intelligi publicanos censet. Ideo gratulatur sibi Phariseus, quod aliis similis non esset, qui ἀρπασῆς erant, & ἄδικοι, violenti & iniusti i. e. publicani. LVC. XVIII, II.

^b Hinc Συκοφάντης quemcunque calumniatorem significat, consentiente Scholiaste ARISTOPHANIS ad Plut. v. 31, & συκοφαντῆσαι idem est quod calumniari LVC. III, 14.

^c Eodem modo usurpatur Latinorum puer, Hebræorum נער. Hoc sensu נערים serui junguntur לבחורים, quæ vox ut Græcorum νέος, & Latinorum juvenis *militem*

raro tamen *σάμαλα*.^a Heri *δέσποται* appellantur.^b

§. 3. Servorum dura & vilis in Græcia veteri fuit conditio, utpote qui vario modo a viris ingenuis distincti fuerunt, quibus non licuit aliquo nomine, quod ingenuis familiare esset, uti, sed a patria potius vel muneris sui ratione nomen sumere, quibus vetitum armis accingi, quorum capillus servili modo tonderi solebat, qui vestitu servili amicti,^c a sacrorum denique quorundam (non omnium) communi-
one abesse iussi fuerunt.^d

§. 4. Mu-

litem sonat. JES. XL, 30. *fatigabuntur pueri* five servi, & *fessi erunt junenes*, five milites. Contra servi Dei viventis & milites spirituales novo semper induentur robore &c.

- a Testes hujus significationis bene multos affert GATAKERVS de Stylo Novi Test. cap. X. An eundem significatum patiatur locus HEBR. X, 5. *σῶμα καταρτίσω με*, alii judicent. Vide SCHLICHTERI Decimas sacras Observ. XXXI. p. 236.
- b Distinguitur hoc nomen a nominibus *τύραννος* & *ἐπιστάτης*, notante Callieratide apud GROTIUM ad LVC. V, 5. quo in loco Christus vocatur *Ἐπιστάτης*, quo nomine olim salutabatur, qui ægrotis, luctatoribus & discipulis præerat.
- c Servi *calceis, toga & annulo* caruerunt. Signum ergo melioris fortis fuit, cum filio prodigo concessum *palium*, & *annulus cum calceis*. Ita enim a conditione servili transit ad dignitatem & felicitatem filiorum, quod præclare observavit Ven. ELSNERVS ad LVC. XV, 22.
- d Quemadmodum servi excludebantur a sacris, ita ad

§. 4. Munia fervorum fuerunt varia, pro ingenio fervorum, & Dominorum arbitrio. Ubi plures uni paruerunt Hero, distributæ inter eos fuerunt operæ, ut hic *διονόμος*, ille *γεωργός*, iste *δανειστής* esset &c. ^a Omnium requiritur in Dominum fides, quam Græci *ἔννοιαν* nonnunquam vocant, ut commoda heri ex animo optent & promoveant. ^b

§. 5. Si

privilegia filiorum Dei pertinet interesse ecclesiæ sanctissimæ IESU Christi, & quicumque hoc privilegio gaudet, is hoc facto fervorum numero exemptus filiorum cætui est adscriptus, GAL. III, 28. *ἐκ ἐμῶν δούλων, ὡς τε ἐλευθέρους*, monente rursus eodem ELSNERO ad h. l. Legi etiam meretur dissertatio Ven. JKENII Philologi & Theologi solidissimi in COL. III, II. quæ apparet in Bibliotheca Bremensi Class. V. p. 776.

- ^a Laborum servilium indicem prolixum contexuit Laurentius PIGNORIVS in libro de servis. Viliissimum omnium ministerium fuit *calceos induere, exuere, portare*. En igitur humilem Johannis Baptistæ animum! profitentis, *se non dignum esse, qui Christi calceos portet*. MATTH. III, II. qui locus explicatur ex veteri fervorum conditione in Curis Criticis Joh. Christoph. WOLFFII, Viri de re omni literaria optime meriti. Vide quæ monuimus capite III.
- ^b Eandem *ἔννοιαν* a servis Dei expectat Apostolus EPHES. VI, 7. *μετ' ἔννοιας δουλεύοντες τῷ Θεῷ* fideliter *servientes Deo*, ad quem locum de fervorum *ἔννοια* differit Rev. RAPHELIUS in annotationibus Xenophonteis.

§. 5. Si modum acquirendi spectes, is varius fuit. Servorum enim alii fuerunt ἀνήτοι, emti ære ac pretio, quos magno numero venales Athenis exposuerunt Thraces, meriti ob id nomen ἀνδραπωδισῶν, apud ARISTOPH. Plut. v. 520. Alii domi e servis nati vocantur δικοτραπεῖς Græcis, Latinis vernæ. ^a Alii denique bello capti victoribus servire cogebantur. ^b

§. 6. Servos ad tempus conductos, ut heris in publicum prodeuntibus adessent comites, de quibus THEOPHRASTVS in Ethicis Characteribus cap. XXIII. non moramur. ^c Reliqui per-

D 5

petuo

^a Servum δικοτραπεῖν Hebræi appellant יליר בית JEREM. II, 14. & diu ante GEN. XVII, 13.

^b Quoties igitur servi Dei dicimur, ROM. VI, 22. aliisque in locis, de triplici hoc acquirendi modo cogitare licet, qui per Christum redempti, ἀνωθεν regeneriti & in triumpho gratiæ victi sumus. Cum primum servituti peccati & Satanæ valedicimus, deponitur servile nomen, abjiciuntur vestes serviles, opera tenebrarum, excutitur animo timor servilis, & quæ sunt alia hujusmodi. Contra servum Dei dici est vera libertate gaudere, omnibusque libertatis signis, nomine filiorum Dei, vestitu candido, armis justitiæ &c.

^c Tales sunt οἱ τὸν ἀγοράσαντα αὐτῆς ἀρνέμενος Dominum, quæ pretio ipsos conduxerat, abnegantes, qui spe mercedis inducti Christum sequuntur, cum publice non sine splendore apparet, quem rursus deserunt, quoties in afflictionibus celatur Jesu Christi gloria, 2. PETR. II, 1.

peruo seruitio addicti stigmatibus sunt notati, quibus agnosci possent, si forte deserere herum & aufugere cuperent. Quin & fugitivi pœnæ loco stigmata in fronte vel manibus gerere sunt coacti, qui *σιγματῖαι* & *πολυγράμματοι* literati in opprobrium appellati fuerunt. ^a

§. 7. Præterea seruos immorigeros catenis, plagis & duris pistrini laboribus ad officium redire coegerunt Domini. Catenas, quas *πέδας φαχίας* densa vincula appellat ARISTOPHANES

^a Multiplex apud veteres fuit usus stigmatum. Nam stigmata fuerunt interdum signa *nobilitatis*, interdum *seruitutis*. Et *militēs* stigmatis notati leguntur, denique & *religionis* causa id sæpe factum novimus. Vide Clariss. ZORNI Bibliothecam p. 266. seqq. Stigmata respici APOCAL. XIII, 16. & XIV, 1. satis apertum est. Eodem spectare *συλδῆσιν κικαυτηρωμένην conscientiam seruitutis & turpitudinis nota insignem, & horrendo quodam crimine maculatam*, iudicat laudatus sæpe ELSNERVS, Vir Clarissimus. Admodum placet ejusdem erudita meditatio in locum GALAT. VI, 17. *Quod reliquum est, nemo molestias mihi creare audeat, ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo gero*, ubi stigmata Christi in corpore Pauli, aduersa pro Christi honore tolerata, confert stigmatibus illis in æde Herculis Ægyptii inustus, quæ seruos fugitivos ab omni pœnæ periculo immunes esse iusserunt. Ut enim hic Herculis cultui & seruitio sese sacranes hominum seruituti exempti credebantur, ita servi Jesu Christi immunes sunt a iugo legis & hominum.

PHANES in Pace v. 451. ob oculos ponit fervo
 OVIDIVS Amorum. lib. I. El. II. v. 41.

Adspicis indicibus nexas per colla ca-
 tenas?

Additæ sæpe plagæ ope lori, apud eundem
 Comicum Vesp. v. 432. ^a Ubi testatur Scholia-
 stes, servos fugitivos interdum rotæ alligatos
 & ad necem verberatos fuisse. ^b

§. 8. Singularem laudem meretur Theba-
 norum clementia, qui servos fugitivos per
 præconem reduci in urbem sanxerunt, additis
 his verbis lenitatis & mansuetudinis plenissimis:
 μήτ' ἐξάγειν θέληθεν, μήτ' ἀφανίζεις, ἀλλ' ἀπάγων]α
 πάλιν ἀνασώζειν, neque abducere, neque peri-
 mere,

^a Hanc fustigationem intelligi MATTH. XXIV, 51. ubi
 Dominus servum perfidum dicitur διχοτομῆν, verberati-
 bus secare ejus tergum, censet HEVMANNVS sub nomine
 Pacomii. An ejus generis Latinismi in codice sacro
 occurrant, dubito. Simplicissimus sensus funditur
 quando separationem a servis fidelibus per verbum
 διχοτομῆν manifestari putabis. Hanc separationem
 proposuit dudum ante MALACHIAS cap. III, 18. Servi-
 lem fustigationem Paulo Apostolo accidisse ACT. XXII,
 25. recte monet RAMIRESIVS in Pentecontarcho cap.
 XXXVII.

^b Servilem hanc pœnam intelligi per τυμπανισμόν HAM-
 MONDVVS existimat ad HEBR. XI, 35. In eandem fere
 sententiam descendere videtur CLERICVS ibidem, nisi
 quod in genere fustigationem ad mortem indicari
 hac voce arbitratur, cum quis tympani in morem pulsa-
 tur, etiamsi rota absit. Vide & DOVGTAEVVM in Anale-
 ctis Parte II, p. 143.

mere, sed reducere & servare servum fas esse.^a

§. 9. Denique servos gravi crimine commisso in pistrinum ad durissimos labores ablegare irati consueverunt Domini. Verberibus caesum te in pistrinum dedam, ait TERENTIUS Andr. Act. I. Sc. II. Et idem Act. II. Sc. I. Molendum usque in pistrino est, vapulandum, habendae compedes.^b Molentium oculi obtekti fuerunt, ne perpetuo circumeuntes vertigo occuparet.^c

§. 10. Non

- ^a Notabilem hunc Diodori Siculi locum debeo PALMERIO Exercit. in Opt. Auctores Gr. p. 128. Potest insignis haec populi Thebani lenitas quodammodo conferri cum immensa Dei clementia, servos e sua domo refugos ad communionem suam per praecones Evangelii revocantis & reducentis 2. COR. V, 20. Sane servi homines sunt, ejusdemque nobiscum generis ac sanguinis participes, leniter ergo tractandi, ut tractari homines ab hominibus fas est. Hoc volunt Graeci Philemonis versus, quos GROTIUS adfert ad LVC. VII, 2. ubi de servo dicitur, *qui hero insigniter charus fuit.*
- ^b JES. XLVII, 2. Babylon jubetur *molam sumere, & farinam molere*, quibus verbis Propheta minatur, eam ad infimam & vilissimam servorum conditionem redactum iri. Confer etiam THREN. V, 13.
- ^c Samsonis oculos, cum ad pistrinum damnaretur, non obvelarunt Philistaei, sed (heu immanem barbariem!) excæcarunt. JUDIC. XVI, 21. Consuli meretur Eru- ditissimus GOETZIVS in libro de pistrinis Veterum p. 209. & seqq.

§. 10. Non tamen rosos solum servos hab spon te operam suam nuos, viros & praecip ex multis scriptorum Odyss. VII. v. 103. & ract. cap. V.^a Mol fuerunt, quas *μυλοσ ωδας*. ARISTOPHANE quitur, qui cantant lens hordea.^b

^a In sacris literis tium quam vir XXIV, 41. &

^b Has cantilenas *מחנה* censet GOETZIVS Lapidem molentem, quem MATTHAEVS Clariss. wo

en molæ & piftrina facino-
 habebant, fed alios quoque
 n elocantes fervos & inge-
 cipue fœminas, quod patet
 m locis, imprimis HOMERO
 & THEOPHRASTO Ethic. Cha-
 olentium folamina cantilenæ
 ωθρὲς dixerunt, & ἐπιμυλίας
 NES Nub. v. 2205. de illis lo-
 nt inter pocula, ut mulier mo-

CAPVT

is fœpius *fœminarum* in piftrinis molen-
 virorum fit mentio, EXOD. II, 5. MATTH.
 & alibi.

nas intelligi ECCLES. XII, 4. ubi Ϸ
 vox *mole* memoratur, & JER. XXV, 10.
 ETZIVS in libro citato pag. 379. feqq.
 molares Græci ὄνας vocarunt, eamque ob
 MARCVS λίθον μυλικόν cap. IX. 42. eum
 μύλον ὀνικόν appellavit, cap. XVIII, 6. vide
 WOLFII Curas.

DE CONIUGIO.

§. 1.

ANte institutas leges conjugales promiscuæ in Græcia obtinuerunt libidines. Has compescuit pro virili Cecrops, impedire tamen non potuit, quo minus larga scortorum in Græcia sèges remaneret & meretricum. Triplicis illæ generis fuerunt, primo ἀδρόμιθοι, quæ non nisi grandi mercede conductæ supra admitterent ut Thäis, Phryne & aliæ hujus ordinis, deinde περίπολοι & δροιαδες paulo inferiores prioribus, denique χαμαιψύπαι & πέρσαι, scorta vilissima & diobolaria.^a

§. 2. Templum Veneris Corinthiacæ plus mille scorta aluisse fertur, quæ scædæ mercedis decimas Deæ amoris persoluerunt, ausæ etiam in summis Reipublicæ periculis solennia vota facere.^b Nec exiguus meretricum numerus Athenis fuit, quibus repleta fuere templa, fora, porticus &c. quæ vias obsederunt publicas,

^a Discrimen illud exponit Gisbertus CUPERVS Observat. lib. I. cap. XVI.

^b In Catalogo vitiorum primi occurrunt πόρνοι deinde & μοιχοί, μαλακοί & ἀρσενικοῖται I. COR. VI, 9. quibus vitii Corinthios imprimis pollutos fuisse v. II. tradit Apostolus. Multa quoque alia hujus rei vestigia in utraque ad Corinthios epistola apparent,

cas, THEOPHRASTO teste Eth. Char. cap. XXVIII.
& agros ^a

§. 3. Illi tamen, quorum mentibus honestatis infedit amor, lascivia & libidine omni procul remota, summo in pretio habuerunt legitima conjugii vincula. Ἱερὸν γάμον sacrosancta matrimonii foedera passim prædicant Poëtæ. Publica etiam auctoritate contemptores conjugii multati perhibentur, ut Spartæ, ubi media hyeme nudi per forum ambulare, ludis abstinere, pugnos mulierum ad altaria protrahi experiri iussi fuerunt. ^b

§. 4. Leges conjugales, quinam, & quibus jungi possent, definiverunt. Cives Atticos ducere peregrinas, nefas fuit. Si gradus sanguinis prohibitos scire cupis, permiserunt ἑμοπαγεῖς misceri leges Atticæ, sed ἑμομηγεῖς, eadem matre genitos, uterinos jungi vetuerunt. ^c

§. 5. Eæ-

^a Thamar *juxta viam* sedisse legitur GENES. XXXVIII, 15. Ad fontes etiam consedissee scorta, ubi frequens hominum confluxus fuit, probat ZORNIVS in Bibliotheca Antiq. p. 208. conjicitque sæminam illam, quam fonti assidentem Christus invenit, meretricem forte fuisse. JOH. IV. 7. coll. 18. De agris scortorum sedibus GROTIUS ex Chryssippo disserit ad MATTH. V. 27.

^b Enarrat hanc *μισογάμων* pœnam POTTERVS Archæol. Gr. lib. IV. cap. XI. Non sine ratione igitur *τίμιος γάμος* dixit Apostolus HEBR. XIII, 4.

^c Ratio hujus legis, quam SOLON sanxit, in promptu est. Arctior enim inter ἑμομηγεῖς uterinos videtur copula, quam inter eos, qui eodem patre quidem, at non matre

§. 5. Eædem leges virgini orbæ, patris hæredi, quam ἐπίκληρον dixerunt, nubere genere proximum statuerunt, quod ex TERENTII Phormione discimus. ^a Polygamia in jure Attico quam longissime abesse iusta est. Concessum tamen fuit, διὰ τὸ λειπᾶνδρῆν ob exhaustam bello juventutem, præter unam Civem, ducere domum Peregrinam, & ex ea liberos suscipere. ^b Ita demum legitimum jungitur matrimonium, si leges maneat factæ rectæque, & conjux ita Viro sociata, dicitur νόμῳ γημαιμένη ἀνδρὶ lege copulata, quæ verba sunt AELIANI Var. Hist. lib. X. cap. II. ^c

§. 6. Ma-

matre eadem geniti sunt. Sarah Abrahami uxor fuit & soror, sed non ὁμομητῆριον, quod ipse affirmat GEN. XX, 12. לֵא נָתַתִּי לָהּ non est filia matris mee. Cæterum legi huic Atticæ contrariam sanxit LYCURGVS, qui sororem eodem patre procreatam duci vetuit, eadem matre natam jungi concessit, MVRETVS Var. Lect. lib. XV. cap. V.

- ^a Conspirat cum hoc instituto Attico Jus Leviratus apud Hebræos, quod observat Magnus GROTIUS ad MATTH. I, 16.
- ^b Attici populi decretum ex Demosthene allegat SELDENVS de Jure Naturæ & Gentium, lib. V. cap. VI. Assumtas sobolis procreandæ gratia concubinas Græci vocant παλλακῆς, ex Hebræo פִּילגַם deducto nomine. Exosæ illæ fuerunt uxoribus, & probe mulctatæ post mariti obitum. Videatur Janus PARRHASIVS Epist. XXII. in GRVTERI Thesaurō Tom. I. p. 750.
- ^c Subjecti ergo legibus conjugalibus sunt conjuges, & νόμῳ κυριεύει τὸ ἀνδρῶν, γυνὴ δέδεται νόμῳ, ut ait Apostolus ROM. VII, 1, 2. monente Ven. ELSNERO ad h. 1.

§. 6. Matrimonium præcessit desponsatio, qua Pater filiam Marito seu sponso addixit, quod est ἐγγυᾶν, δίδοναι & ἀγυόζειν. ^a Hic fidei pignus, annulum pronubum, vel aliud quid sponsæ obtulit, quod Ἀβραβῶν Græcis dicitur, ^b quam vocem civitate donavit Latium. Ita enim PLAVTVS in Milite Act. IV. Sc. I. Hunc Arrhabonem amoris primum a me accipe.

§ 7. Contra sponso dotis cessit beneficium a Sponsâ expectandum, renue tamen ex lege Solonis, ne marito imperare auderet uxor bene dotata. Egenis ex ærario vel amicorum & cognatorum muneribus addita dos est. ^c

E

mosis

^a Paulus Apostolus se Corinthiorum ecclesiam velut Patrem Christo despondisse gloriatur. 2. COR. XI, 2. ἡμεοσάμεν ὑμᾶς ἐν ἀνδρὶ παθεμένῳ ἀγῆν, nempe τῷ χριστῷ. quam observationem jucundissimam Clariss. ELSNERO debeo. Malunt tamen alii ad paranympchos Judæorum, quos קרושוי שילחי dixerunt, hanc Phrasin referre. Lege, si vacat, Cel. WOLFFII Curas in h. l.

^b Vox Græca Ἀβραβῶν originis Hebrææ est. Nam ipsum ערכון sensu eodem gaudet GEN. XXXVIII, 18. Nec ignota in codice Novi Testamenti est vox Græca, qua designatur Spiritus Sanctus a Sponso cælesti Ecclesiæ in æterni amoris pignus certissimum datus. 2. COR. I, 22. EPH. I, 14.

^c Legatur POTTERVS Archæol. Gr. lib. IV. cap. XI.

mosis demta pars dotis adjecta est deformibus, ut opum splendor formam adjuvaret, cujus rei auctor est AELIANVS Var. Hist. lib. IV. c. I. Lycurgus Spartanus virgines dotare maritos vult. ^a

§. 8. Perfectis rite sponsalibus sponsi munus fuit de domo sibi prospicere, ut post celebratas nuptias sponsam ducere domum liceret, quod est ἀγειν εἰς οἰκίαν. ^b Quam antiquus hic domiductionis ritus sit, ex HOMERO constat Odyss. III. v. 272. Quam solennis & lætus, ex comitatu Paranymporum, ^c ex prælucentibus ma-

a Secula antiquissima ignorarunt plane dotatos a sponsis maritos. Contra datam sponsæ a sponso dotem fuisse, ex Homero & Pausania probat DOVGTAËVS Anal. Parte I. p. 139. Virgo a sponso large dotata nomen habuit *Alphesibæa*, ἀπὸ τῶ ἀφαινεῖν τὰς βῆς, quod boves in mariti adibus invenit. Eundem priscis Hebræis morem placuisse ex GEN. XXXIV, 12. EXOD. XXII, 16. I SAM. XVIII, 25. colligit DOVGTAËVS loco citato. Hanc ob causam filie multe divitias adducere dici possunt, quod legitur PROVERB. XXXI, 29.

b Videtur hic ritus solennis erui posse ex verbis CANTICI cap. I, 4. *trahē me post te, duc me in ædes tuas, & curremus ego & paranympsi cum reliquis comitibus.*

c Qui sponsam eurrū vectam comitatur, πάροχος, qui euntem, χαμῶπις, uterque νυμφαγωγός dicitur, quod ex Polluce profert in medium HOTMANNVS de Vet. Rit. Nuptial. cap. XVI. Hebræi appellant כַּוְּשָׁן. JOH. III, 29. νυμφαγωγός vel παρώμφος vocatur φίλος τῆ νυμφίης.

matrum virginumque facibus, ^a ex accinentibus denique tibiis ac citharis licet colligere. ^b

§. 9. Mactatis rite sacrificiis nuptialibus, quæ προγάμεια & προτέλεια vocantur, & implo-
rato Deorum τελεσίων sive nuptialium, Veneris,
Junonis, Dianæ &c. favore, ^c celebrata sunt
ipsa nuptiarum solennia Gr. γάμος. ^d Appara-
E 2 tum

^a Faces illæ dicuntur λαμπάδες νυμφικαί, quibus instructæ
comparent Virgines sponsum expectantes. MATTH.
XXV, 1. quem locum illustrat pro more suo, id est,
egregie Ven. ELSNERVS. In nuptiali Romanorum
pompa faces quinque præluxisse ex Plutarcho obser-
vat ROA, male ergo Virgines quinque fatuæ nume-
rum definitum augere & duplicare voluerunt. Vid.
WOLFFII Curæ in h. l.

^b JOBI III, 6. noctem tenebricosam facibus nuptialibus
opponi, adeoque simul cantica nuptialia in hoc loco
indici putat RAMIRESIUS in Pentecontarcho cap.
XIV.

^c Non sine ratione Roma vetus exemtum nuptiali victi-
mæ *fel* pone aras posuit, referente Cælio RHODIGINO
lib. XXVIII. cap. XXI. qua re indicatum est, omnem
iram a conjugio removendam esse, quod suadet Apo-
stolus COL. III, 19. μη πικραίνετε αὐτὰς ne ad iram pro-
vocetis illas nempe conjuges.

^d γάμος proprie convivium nuptiale, sed præterea ipsas
quoque nuptias seu conjugium, denique & stuprum
significat, ut MATTH. XXIV, 37. 38. ubi γαμῶντες
non alii quam *scortantes* esse videntur. Vide Clariss.
WOLFFII Curas.

tum est pro viribus convivium, lautum satis, ubi suppetebant opes, non sine magno adiutorum & adiutricum numero, quod ex THEOPHRASTI Eth. Char. cap. XXIII. colligo. ^a

§. 10. Diem nuptias præcedentem Græci dixerunt προύλια, diem ipsum nuptiarum ἀπύλια, quem in domo foceri transegit sponsus, diem denique nuptiis proximum ἐπάυλια, quem sponsa primum habuit in sponsi ædibus. ^b

§. 11. Interfuerunt nuptiis Amici & Cognati vestibus nuptialibus decorati. ARISTOPHANES γαμικὰς χλανίδας memorat, HOMERVS καλὰ ἐννυθῆαι pulchra veste indui ob nuptias jubet, Odyss. VI. v. 28. ^c Idem die nuptias proxime sequente neogamis munera miserunt ἀνακαλυπτήρια sive ὄσπηρια. ^d

§. 12. Ipse

^a Apud Hebræos non defuerunt διάκονοι, memorati MATTH. XXII, 13.

^b Debeo hanc distinctionem nominum Græcorum HOTMANNO, qui Eustathium & Pollucem sequutus est duces, cap. XIV.

^c Vestes nuptiales in nuptiis Hebræorum summe necessariæ sunt habitæ jam Samsonis ævo JUDIC. XIV, 12. Clarissimus est locus MATTH. XXII, 11. ubi occurrit in convivio nuptiali homo ἐκ ἐνδεδυμένῳ ἔνδυμα γάμου non indutus nuptiali vestitu. Occurrunt ibidem tenebræ exteriores, nempe extra cœnaculum lampadum splendore illustratum.

^d Hæc munera a revelando dicta sunt, quod virgines olim velata, conjuges resecta facie incesserunt. Mutata ergo

§. 12. Ipse ante alios sponsus habitu nuptiali & splendido indutus comparuit. Sponsam ut animo ita & vestitus elegancia conspirare decuit. ^a Nec defuerunt coronæ nuptiales, quibus & neogamorum tempora & ipsæ ædes superbiverunt. ^b

§. 13. Finito convivio deducti sunt in thalamum Neogami ad fores stante sponsi Amico, quem *ὑποφών* dixerunt, puellisque vesperi *κοιμησιὰ*, mane *δισγερτιὰ* canentibus. ^c Sponsam nisi probe ablutam ingredi thalamum nefas fuit, quam lotionem attingit ARISTOPHANES in *Lyfistrata* v. 377. ^d Denique in thalamo zonanam

ergo vitæ conditione positoque velamento virginei pudoris indice missa *ἑνακαδωπλήσια* munera revelatoria. De obvelato virginum vultu differit DOUGTAEVS ad GEN. XXIV, 65.

^a Ornatus sponsæ aperte indicatur PSAL. XIX, 6. XLV, 14. JES. LXI, 10.

^b Coronam nuptialem habes CANT. III, 11. *Proditæ & videte filia Zion Regem Salomonem & coronam, qua ipsum ornavit Mater illius in die nuptiarum ejus & in die letitiae cordis ejus.* Hebræorum coronas nuptiales cum aliis confert SELDENVS in *Uxore Hebraica* lib. II. c. XV. De coronis nuptialibus in genere multa prodidit PASCALIVS de *Cor.* lib. II. cap. XVI.

^c Hæ cantilenæ proprio nomine dicuntur *ἑπιδαλμαία*, de quibus carminibus sponsi sponsæque laudes decantantibus vide NANNIVM Misc. lib. VII. cap. XIV. Tom. I. *Thefauri Gruteriani* p. 1324.

^d Ecclesia Jesu Christi ob oculos ponitur sub emblemate

nam sponsæ virgineam solvit sponsus. CALLIMACHVS in IOVEM V. 21. ^a

§. 14. Uxorem in matrimonium acceptam dimittere vel levibus de causis licuit Athenis, quod est ἀποπέμπειν. Deprehensam in adultério uxorem non licuit solum, sed & decuit, nisi maritus vellet ἀτιμίας, id est, infamiæ notam mereri. Dabatur autem libellus causam repu-

mate sponsæ, quam ipse Christus sanctificavit per Spiritum, & suo sanguine abluit ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἑδοξον, μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἢ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ἡ ἁγία κ' ἀμωμος, ut eam haberet gloriosam (ornatam instar sponsæ) maculis & rugis carentem, & quæ sunt alia huiusmodi, sed sanctam & inculpata. EPHES. V, 26. 27. Veterem morem sponsam in nuptiis abluendi evidentissime in his verbis me invenisse arbitror sequutus ducem Virum Clariss. Lambertum BOS in h. l. Eundemprehendisse mihi videor in loco 2. COR. XI, 2. Despondi vos uni Viro, tanquam virginem puram exhibiturus Christo.

- ^a Zona castitalis virginæ emblemata est, unde λυεν ζώνην cingulum solvere indicat rem Veneream, quam & aliis phrasibus satis castis & pudicis, ut συνελθεῖν, παίζειν, ποιεῖν, συνοικεῖν, ἀπειθεῖν, πρᾶσσειν, quibus & sacri scriptores in eadem re uti solent, indicant scriptores. Hoc sensu occurrit vox συνελθεῖν MATTH. I, 18. παίζειν I. COR. X, 7. coll. EXOD. XXXII, 6. & GEN. XXIX, 8. ποιεῖν 2. COR. VII, II. συνοικεῖν I. PETR. III, 7. ἀπειθεῖν I. COR. VII, I. utuntur etiam scriptores exteri vocabulis φιλότιμος & χάριτος, ut Paulus voce ἁγίας I. COR. VII, 3.

repudii continens. ^a Uxor maritum dicitur ἀπολείπειν, cum eum deserit, & conjugii copulam abrumpit. ^b

§. 15. Antiquissima Adulterorum pœna fuit Lapidatio, ut videre licet ex HOMERI II. III. v. 57. Athenis ditiores adulterii pœnam multa redemerunt, quam μοιχαλγίαν dicunt scriptores. Egeni adulteri fœda affecti fuerunt pœna, quam παρατιλμόν & ραφανίδωσιν appellant Comici. ARISTOPHANES in Pluto v. 169. ejus Scholiastes in Nubibus v. 1179. Gortinii lana coronarunt adulterum, ut pudore & ignominia eum perfunderent. AELIANVS V. H. lib. XII. cap. XIV. ^c

E 4

§. 16. Pri-

^a POTTERVS Archæol. Gr. lib. IV. cap. XII. Adulterium causam legitimam repudii esse jubet sanctissimus Seryator MATTH. V, 32. quæ lex licentiam Judæorum sine gravi causa uxores dimittentium cancellis legitimis circumscribit. Abusus iste patet ex MALACH. II, 16. Cæterum βιβλὸν ἀποστασίας memoratum MATTH. V, 31. Judæi appellant גט שולחין vel גט פטורין.

^b Exstant hujus desertionis exempla MARCI X, 12. JOH. IV, 18. I. COR. VII, 27. vide Eruditiss. Viri Joh. Alb. FABRICII Bibliographiam Antiquarium cap. XX. §. 7.

^c Pœnam lapidationis Hebræis Adulteris intentat lex divina DEVT. XXII, 20. JOH. VIII, 5.

§, 16. Primis seculis tanta apud Græcos aliasque gentes castitatis cura obtinuit, ut secundas etiam nuptias refugerint. Notatu dignissima sunt PAVSANIÆ verba in Corinthiacis: *πρῶτον δὲ καθέστηκε τῆς γυναίξιν ἐπ' ἀνδρὶ ἀποθανόντι χηρεύειν*, olim constitutum fuit uxores marito mortuo manere viduas. VALERIVS MAXIMVS multa matrimonia legitimæ intemperantiæ esse signum, QVINTILIANVS nubendi quandam impudicitiam censet. ^a

CAPVT

- ^a Inveni hæc testimonia in Everardi FEITHE Antiquitatibus Homericis lib. II. cap. XV. Vix dubito, quin cum his conferri possit præceptum Apostolicum, quod Episcopos & Diaconos jubet esse *μίας γυναίκος ἄδελφός* unius uxoris maritos, non modo non polygamos, sed etiam in usu conjugii modicos. I. TIM. III, 2. 12. Laudatur IVC. II, 36. Anna, quæ, marito post exactos septem conjugii annos defuncto, ad annum ætatis LXXXIV. in viduo voluit sola jacere thoro, ut canit Poëta. Confert Christianorum primi seculi, & Germanorum veterum instituta GROTIVS ad hunc locum.

CAPVT VII.

DE MILITIA.

§. I.

Contemplati hætenus hominem Græcum a nativitate ad virilem ætatem, ejusdemque alimenta, habitum, educationem, & nuptias, nunc eundem euntem in castra comitabimur, militantem pro patria, & insignia fortitudinis, (quam in Atheniensibus ARISTOPHANES Equit. v. 588. in Spartanis laudat ARRIANVS de Expeditione Alexandri M. lib. I. cap. I.) documenta edentem.

§. 2. Ætas, quam bello idoneam judicant Græci, media fuit inter annum ætatis XVIII. & LX. Intra hosce annorum Cancellos constitui Cives militiam sine infamiæ periculo detrectare non potuerunt in patriæ periculis. Exempti ergo & liberi a bellandi necessitate fuerunt servi, senes, ^a infamia notati & fœminæ. ^b

E 5

§. 3. In-

^a Hinc facile patet ratio, ob quam milites *ἄριστοι* vocantur, (qua de re supra capite V. dictum) & *νεαῖστοι* MARCI XIV, 51. *Et prebendunt eum ὡς νεαῖστοις, milites.*

^b Manu fœminea occidi Græcis *δὲ καὶ θήλειον* mors ferivilis & turpis est habita, teste CUPERO Observat. lib. I. cap. VIII. Hebræas mulieres uti armis virilibus lex vetuit DEUT. XXII, 5. *Non gerat arma viri mulier, nec sicut bestia habitus muliebri.* Ita interpretantur hunc locum Judæorum magistri, eamque ob causam Jaëli malleum & clavum, non gladium placuisse ferunt. Vide Clariss. MILLII Diss. IX. p. 275. seqq.

§. 3. Inter militaria munia discrimen fecit ætatis conditio. Junioribus ea cura demandata per biennium fuit, ut agrum Atticum defenderent, in ætatis flore constitutis, ut bella externa gererent, senibus, ut patrias sedes & penates tuerentur. ^a

§. 4. Nomina militiæ dantes militari sacramento obstringi necesse fuit, & polliceri τοῖς στρατηγοῖς ἀκολυθῆναι, ὅποι ποτ' ἂν ἄγωσι, se Ducem suum secuturos, quocumque duxerit. ^b Neque id solum, sed & præterea μήτε ἰερά ὄπλα καταιχύνειν, μήτε τὴν τάξιν λείψαι, se nec armorum religionem offensuros, nec ordinem deser- tuos. ^c

§. 5. Interdum stigmatibus notatæ fuerunt militum manus, unde constaret, cujus Imperatoris, cujusve cohortis essent. Saltem Ducis nomen adhæsit militibus, ut Iphicraten- ses

^a Accurate hæc exponit POTTERVS Archæol. Græc. lib. III. cap. II.

^b Ex Lipsio hanc formulam excerptit, similemque ex 2. SAM. XV, 21. (*Per vitam Dei & Regis juro, me cum Rege futurum & in vita & in morte*) attulit Jacobus LYDIVS de Juramento cap. I. Placet notata ab eodem militum spiritualium fides ex APOCAL. XIV. 4. ^c Οὗτοί εἰσι ἐὶ ἀκολυθῆντες τῷ ἀρχίῳ, ἕπεσσι αὐτοῦ ὑπάγη. *Hi sunt Agnum (Christum Ducem) sequentes, quocumque duxerit.*

^c Officia fidelium militum ex Xenophonte percenset REV. RAPHELIUS ad 1. TIM. I. 18. quæ officia ad militum spiritualium munia transferri facile possunt.

ses dictos fuisse Iphicratis milites tradit CORNELIVS NEPOS in ejus vita. Vides ergo, quid sibi velint verba SENECÆ Epist. XXXV. Non me cuiquam mancipavi, nullius nomen fero. ^a

§. 6. Principio sine stipendio publico propriis sumtibus militatum fuit. Mercenariam militiam Athenis instituit Pericles favorem vulgi meriturus. ^b Et peditum quidem stipendium diurnum fuit quatuor obolorum, unde τετραβολιζειν idem est, quod stipendia mereri in castris. Illi tamen, quorum magna præ reliquis

^a De stigmatibus servorum pauca in medium profert LYDIVS de Re Militari lib. I. cap. VI. qui locum insignem Prophetæ confert JES. XLIV, 5. *Hic dicet, Jehovah sum, & ille vocabitur nomine Jacobi, & iste scribet in manu suo Domino sc. sum, & nomine Israelis appellabitur.*

^b Jam Pauli Apostoli tempore præter mercenariam non alia inventa militia fuit. Hoc volunt illius verba I. COR. IX. 7. *τις στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; quis propriis sumtibus bella facit? Ὀψώνιον stipendium militare significat, quoniam præter mercedem Sal (unde salarium) frumentum & falcamenta militibus distributa fuerunt, quæ Græcis dicuntur ὀψώνια. Per synecdochen speciei pro genere quævis merces exprimitur vocabulo obsonii. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἀμαρτίας, θάνατος. Merces peccati mors est, ait Apostolus ROM. VI, 23. ubi notabilis est antithesis inter ὀψώνιον & χάριτα. Peccato debetur merces ὀψώνιον, sed pietatis præmium est gratuitum χάρις vita æterna. Auctor hujus observationis est GATACKERVS in Cinno lib. I. cap. VIII.*

liquis merita fuerunt, duplex stipendium acceperunt, dicti ob id *διμοιζίται* duplicarii. ^a

§. 7. Militum Græcorum alii equites fuerunt, alii pedites. Hi rursus triplicis generis fuerunt, vel *ψιλοὶ* velites & levis armaturæ milites, qui spiculis, sagittis, lapidibusque funda emissis hostem petierunt, vel *ωελασαῖ*, peltis sive clypeis minoribus & lanceis instructi, vel denique *οπλίται*, milites gravis armaturæ, clypeis, hastis, gladio & thorace muniti, robor totius Exercitus, & honoratiores reliquis. ^b

§. 8. Equi-

^a CUPERVS Observat. lib. II. cap. XVII. & Lambertus BOS ad I. TIM. V. 17. qui *διπλῆν τιμὴν*, qua digni habentur fidi presbyteri, cum *duplici* fortium virorum *mercede* scite confert.

^b Ὀπλις ut Lat. *arma* sensu strictiore *scutum* & *gladium* significat, opposita *telis* & *hastis*, notante CUPERO Obs. lib. I. cap. VII. Recte ergo οἱ Ὀπλίται distinguuntur a ψιλοῖς & ωελασαῖς, qui *telis* & *hastis* pugnarunt, cum illi *gladiis* hostem offenderint, & *clypeis* sese defenderint. Similis oppositio observari potest EPHES. VI. 13. seqq. ubi spiritualibus Christi militibus gravia tribuuntur *arma scutum, gladius, thorax* &c. quæ uno nomine *πανοπλίαν* vocat Apostolus, cum Satanæ (ut ψιλῶ levis armaturæ militi) dentur sola levia *arma βέλῃ πεπερασμένα tela ignea*, utpote non audenti cominus congressi. Panopliam cum gravi armatura congruere ostendit Lambertus BOS ad locum Pauli citatum.

§. 8. Equites olim curribus sunt vecti non equis, quod bella ostendunt Homerica. Juncti fuerunt curribus vel bini equi, (quibus interdum additus fuit tertius liber & ferens habenas! *σειραφός*) vel quaterni. Cuique currui præter aurigam infedit miles *παραβήτης*, unde ipse currus dictus *διφρός*, quasi *διφρός* ferens duos. Currus Troicus ille fuit, cujus fessor, cum rei necessitas id exigeret, & pedes pugnavit. ^a

§. 9. Currus Ducum bellici multa arte facti, auroque & argento ornati apparent in HOMERO II. X. v. 438. Tremendus contra fuit adspectus curruum *δεσπρανφόνων*, ferreis falcibus quaqua- versum munitorum, ut magna vi in hostes im- missi ordines turbarent, & obvios quosque vel diffecarent vel prosternerent. Formam & usum illorum describit CVRTIVS lib. IV. cap. XII. & XV. ^b

§. 10. La-

^a In sacris annalibus Ægyptii & Cananæi currus bellicos magno numero in prælium eduxisse feruntur. Hinc Græci curruum in bello usum didicisse videntur. MENOCHIVS de Republ. Hebr. lib. VI. cap. XI. §. 8. De bigis & quadrigis, & quæ huc spectant, differit PORTERVS Archæol. Græc. lib. III. cap. III.

^b Hos intellige, quoties *currus ferreos* memorant sacri Scriptores. JOS. XVII, 16. JVD. I, 19. IV, 3. 13. & alibi. Eisdem laudari PSALMO LXVIII, 18. & Deo ipsi tribui putat AINSWORTHVS vocem *ינדו* a *נדו* ab *acuendo* deducens, & acuminatos curruum *dentes* in- telligens. Videatur Jac. LYDIVS de Re militari lib. III. cap. X. & SCHEFFERVVS de Re vehiculari Veterum lib. II. cap. XV.

§. 10. Lapithæ populus Theſſaliæ primi equis inſediſſe creduntur, unde Centauros ex equina & humana forma compositos fabulæ jaçant. Theſſaliam enim optimos belloque aptiſſimos equos nutrire, refert HERODOTVS lib. VII. cap. CXCVI. Ex Theſſalia in Græciam pervenerunt equites, quorum exiguus primo Athenis numerus fuit, auctus deinde ad MCC. Secundum illi dignitatis gradum Athenis & Spartaë tenuerunt.

§. 11. Equitum varia fuerunt nomina ab armorum varietate, vel pugnandi modo, vel ornamentis equorum deſumpta. Armaturæ genus nomen dedit τοῖς κοντοφόροις, Δοξατοφόροις, ἱπποτοξοταῖς &c. Modus pugnandi nomen impoſuit τοῖς ἀμφίπποις, quibus bini equi ſingulis fuerunt, ut ex uno tranſilire in alterum poſſent.

§. 12. Ab ornatu denominati fuerunt κατάφρακτοι, equi ephippio & phaleris inſtructi. Antequam modus equos frenis & lupatis domandi inventus fuit, ſola virga regi eos neceſſe erat. Caruerunt quoque ephippiis nuda terga præbentes ſefforibus, donec ferarum pellibus regi cæpti ſunt, ut equus ille apud VIRGILIVM Æn. lib. III. v. 552. quem fulva leonis pellis obit totum.

§. 13. Stapedum nulla occurrit mentio apud Græcos veteris ævl ſcriptores. Diſcebant ſaltu petere equorum terga milites, & ut minimo negotio id fieret, lanceis adjuvare ſaltum conſueverunt. Interdum erecti in via fuerunt lapides, qui

quibus uti equos conscensuri Equites potuerunt. Denique inventi fuerunt equi adeo dociles, ut sponte sua inclinare terga & accipere fessorem didicerint. ^a

§. 14. Græcorum militum vestes rubræ fuerunt, vel saltem puniceæ sanguinis colori non multum dissimiles. Colligere id licet ex PLYTARCHO, qui in Philopœmene narrat milites in theatrum venisse indutos *Φοινικοῖς ὑποδόταις* tuni-
cis puniceis. ^b

CAPVT

^a Diligenter de hac materia commentatur POTTERVS l. c. cui ea, quæ breviter hic monui, debeo.

^b Clariss. ZORNIVS in Bibliotheca Antiquario-Exegetica pap. III6. allegat loca NAHV. II, 4. APOC. IX, 17. XIX, 13. Romanorum Imperatores solos paludamento *coccineo*, milites vero *albis* sagis vestitos fuisse probat Jac. LYDIVS, notatque APOC. XIX, 13. 14. Christum Imperatorem *sanguinea*, fideles contra *albis* vestibus indutos conspici. De Re Militari lib. III. c. II. Nempe Christus sanctissimus nostra peccata suo sanguine expiavit. Hinc ipse sanguineus, populus Christi autem candidi apparent. Paludamentum Coccineum Romani cujusdam Ducis Christo injectum MATH. XXVII, 28. arbitratur CASAVBONVS Exercit. XVI. adversus Baronium, §. 73.

CAPVT VIII.

DE ARMIS.

§. I.

ARma quasi vestes sunt militum, ^a imo vestibus digniora & ipsa corporis membra, ut inquit CICERO. Veteres Græciæ incolæ nunquam sine armis in publicum prodierunt. ^b De armis ergo militum Græcorum nunc dicendum.

§. 2. Arma duplicis sunt generis, alia defendunt, ut clypeus & thorax, alia offendunt, ut gladius & hasta. Illa majori curæ fuerunt Græcis, hæc minori. Clypeum abjicere hostive cedere summum fuit dedecus, quod ex ARISTOPHANE constat in Vespis v. 23. ^c

§. 3. In

^a Ut Hebr. כלי, ita Græc. ὅπλα & arma & vestes notant. Ergo ROM. XIII, 12. ὅπλα φαλὸς vestes candidæ, & diurnæ forte dicuntur.

^b Arma sunt velut membra corporis & milites arma membrorum loco habuerunt, contra Christiani membra loco armorum iustitiæ, ROM. VI, 13.

^c Hæc causa est, ob quam præcipit Apostolus ἐπὶ πάντι ἀναλαβεῖν τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, præter omnia & supra omnia sumere clypeum fidei. Etsi reliquis armis videris instructus, dici tamen non potes habere πανοπλίαν, si scuto careas. Falluntur, qui aggredi hostes conantur, ubi nondum didicerunt defendere se ab hostium impetu. Turpe est, clypeo carere in militia spirituali. EPHES. VI, II.

§. 3. In exponenda armorum, quæ ad defensionem pertinent, ratione naturalem sequemur ordinem a capite initium fumentes. Occurrit ergo primo Galea Gr. περικεφάλαια a cingendo capite denominata. ^a Galeæ enim munus fuit caput ab ictu gladii hostilis vel telorum jactu immunem præstare. ^b

§. 4. Materia olim pellicea fuit, cum pellibus animalium ita tegerentur Heroes, ut caput capiti responderet. Hoc modo amictum Aristen producit VIRGILIUS Æn. lib. V. 36. ^c Hinc galeæ nomen ταυρείη, cum ex pelle taurina confuta fuit, ἀιείη, cum ex caprina &c. Sæpe etiam ex ære lucida conflata fuerunt galeæ, ut apud HOMERVM Il. X. v. 30. Nam ærea fuerunt

^a Ultimo tamen loco inter arma defendentia Galeam collocat Apostolus EPHES. VI, 17. quod eam milites reliquis armis jam indutis *ultimam* addere consueverunt. Vide Bibliothecam Bremensem Class. III, p. 242.

^b Galea salutis appellatur ad EPHESIOS I. c. quod salvos nos præstat. Spem Christianam intelligi putat HAMMONDVS, quæ non confundit.

^c Quod pelles animalium olim loco vestium fuerint, supra dictum capite III. adde tum observatis locum HEBR. XI, 37. περιηλθον ἐν μελωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασι, Ambularunt ovini & caprimis pellibus amicti, quem docte exponit ex Antiquitate Ven, ELSNERVS.

runt arma ante inventum ferrum, quod docet HESIODVS Εργ. καὶ Ἡμ. v. 149. ^a

§. 5. Formam galeæ satis perspicue exhibent scriptores. In parte illius anteriore fuit ostium quoddam, ut prospectare libere liceret, Græcis Ἐποφθαλμιος. ^b Lorum, quo alligantur firmiter capiti galeam, Græcis appellatur Ὀχρῦς. Denique ornamenti loco apici imposuerunt cristam ex pennis avium vel pilis equinis confectam, Gr. λόφος. ^c

§. 6. A capite ad pectus descendentes Thoracem offendimus muniendo pectori destinatum. Materia illius vel coriacea fuit, (unde Latinorum Lorica a loro nomen accepit,) vel ærea. ^d Corium duplicatum vel triplicatum sæpe

^a Eandem materiam fuisse galeis Hebræorum apparet ex I. SAM. XVII, 5.

^b Ostiolum hoc pervasit lapis Davidis manu in Goliathum emissus, qui gigantem hunc prostravit, mōnente BOCHARTO, Hieroz. Parte I. lib. II. p. 460.

^c Cristam galeæ alio nomine κίρας vocari, auctor est Suidas. Et VIRGILIUS ÆN. lib. XII. v. 89. *Cornua cristæ* appellat. Pyrrhus *cornua* cristæ loco galeæ imposuit, narrante PLVTARCHO in eodem. Ob has rationes κίρας σαρτηρίας LVC. I, 69. videtur idem esse cum *galea salutis* JES. LIX, 17. & EPHES. VI, 17. memorata.

^d Æs lucidum & probe politum igneum refert colorem. Vides ergo πυρίνους θώρακας esse *æreos, probe politos & fulgidos*. APOC. IX, 17.

sæpe fuit. Sæpe etiam laminæ æreæ corio adfixæ totum texerunt thoracem, ut apud VIRGIL. Æn. lib. XI. v, 487.

§. 7. Duæ fuerunt præcipuæ Græci Thoracis partes, quarum altera ventriculum texit, altera dorsum. Has partes vocant πτέρυγας, id est, alas. Γύαλα medium tenuerunt inter partem utramque. Ἡμιθώραξ lorica dimidia dicitur, ubi pars altera, quæ dorsum tegit, abest. Hujusmodi loricis sæpe usi fuerunt in bello Græci, ne milites fugæ fiderent munitis lorica ipsorum tergis. ^a

§. 8. Thoracem & vestes Cingulum coeruit & continuit, Gr. ζώσηρ & ζώνη, unde ζώνυθαι idem Græcis est apud HOMERVM II. XI. v. 15. quod Latinis accingi armis apud VIRGI-

F 2

LIVM

^a POTTERVS Archæol. Gr. lib. III. cap. IV. Quæritur, quis sit *Thorax justitiæ*, quem Pålus commendat EPH. VI, 14. *Vitæ justitiam* & sanctitatem intelligit HAMMONDVS, quæ firmissimi muniminis instar est. Sed proxime & proprie videtur intelligenda *Christi justitia* per fidem accepta. Quem enim hoc loco *thoracem justitiæ* nominat Apostolus, eundem *thoracem fidei* appellat I. THESS. V, 8. Fateor, clypeum fidei ad Christum esse referendum, verum, quid obstat, quominus Christus ob varia, quæ exhibet, bona varia sub imagine latere possit. Cum caput, id est, rationem defendit ab erroribus, ratiociniis carnis &c. *galea* dicitur, cum cor spiritualis vitæ fontem liberat ab impuritate, *thorax* vocatur, unde patet justitiam vitæ a Christi justitia separari nullo modo posse.

LIVM ÆN. II. v. 671. Quoniam autem a cingulo communi parum differt cingulum militare, lectorem ad Caput III. remittimus. ^a

§. 9. Pedes Ocreis æreis ferreisve munire Milites Græci debuerunt, quas *κνημίδας* dicunt. Fibulæ, quibus junxerunt ocrearum latera, non raro argenteæ fuerunt. Insigne ornamentum ex ocreis Græcorum exercitui accessisse necesse est, cum HOMERVS toties hinc laudis materiam petierit, & *εὐκνημίδας Ἀχαιῶς* celebraverit. Pulchras ocreas & fibulas argenteas conjungit. II. XI. v. 17. ^b

§. 10. Armorum defendentium agmen claudat Clypeus, cujus diversa fuerunt nomina diversam clypeorum formam exprimentia. Ἀσπίς vi nominis formam serpentis in orbem convoluti habuit. Θυρεός ad figuram januæ oblongam accessit ipsius nominis indicio. πέλγη
lunæ

^a In armorum spiritualium Catalogo & cingulum reperitur EPHES. VI, 14. *Στήθε ἔν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφύν ἰμῶν ἐν ἀληθείᾳ*, *State succincti lumbos in veritate*. Veritas Evangelica una omnia arma continet, si ea absit, dissolvuntur & irrita sunt omnia. Nisi Deum Patrem, & quem misit Christum cognoveris, nulla datur salus.

^b Ocreas hæcæ quidam indicari EPHES. VI, 15. existimant, neque sine veritatis specie, cum de armatura militum loquatur Apostolus. Aliam verborum Apostoli significationem dedimus supra Cap. III. Sect. III.

lunæ dimidiatæ figuram retulit, unde lunatas peltas laudat VIRGILIUS. ^a

§. II. Clypei materia fuit vel viminea, vel ex ligno levissimo, vel ex pellibus sæpius complicatis, ^b addita lamina ærea externam superficiem tegente. Hic clypei orbis fuit Gr. ἄν-
 ἰξ, ἴτις vel κύκλος. In medio illius fuit Um-
 bo Gr. ὄμφαλος, æs prominens, acuminatum sæpe, ut hosti removendo inservire posset. Te-
 nendo firmiter clypeo accommodatum fuit lo-
 rum Gr. τελευκὸν insertum annulo, quem Græ-
 ci vocant πόρπανα. ^c

§. 12. Præcipuus Clypei usus fuit corpus tegere, eumque in finem tantæ altitudinis fue-
 runt ὅτι Θυρεοί, ut latere miles sub illius tegmine
 F 3 possset

^a Πέλτη Græcorum videtur nomen traxisse ex Hebræo
 שָׁלַח eripere, quod corpus periculo telorum & hastæ
 eripit, ut Latinorum Cetra a חָתַח latere, quod licet
 delitescere post clypeum. Milites Davidis Cerethæos
 & Pelethæos fuisse Cetris & Peltis munitos conjicit
 Fortunatus SCHACHVS a FABRICIO citatus in Bibliogr.
 Ant. cap. XVIII. §. 12.

^b Quoniam partem interiorẽ clypei complicatæ pelles
 confecerunt, scutum a σκύτες pellis denominatum pu-
 tant Grammatici.

^c Machinæ illæ, quas Græci κλιθώντας vocant, quibus
 clypeos bello imposuerunt, descriptæ a Scholia-
 ste ARISTOPHANIS Acharnan. v. III4. ad clypeum
 ipsum proprie referri non possunt.

posset solo capite altior. ^a Deinde & virorum fortium ornamenta fuerunt scuta, ornata nempe rerum in bello gestarum imaginibus, ^b animalium, Gorgonis, solis & lunæ figuris. ^c

§. 13. Nec insuetum plane fuit dormire in clypeis vel sub clypeis, quod videre licet in PLAVTI *Bach.* v. 39. Illi certe, quos in prælio fortiter vita functos æternus urgebat sopor, in scutis jacentes domum relati leguntur. Ideo
Mater

^a Scutum a **קַסָּת** a *tegendo* dictum, ut clypeus a *καλύπτω*.

^b Vide VIRGILII *Æneida* lib. VIII. v. 626. *Parma inglorius alba* eidem ille est, qui nullis fortitudinis speciminibus innotuit. Hinc Clypeum a *γλύφω* *sculpo* dictum, multi putant. Hinc Armorum origo deducenda, quæ familiæ bello claræ insignia fuerunt. Nescio an pingere in clypeis fortia facta idem sit, quod *ungere clypeos*, quæ phrasis invenitur JES. XXI, 4. Forte unctio hæc ad *decus & fulgorem* clypeorum pertinuit, quod ex ARISTOPHANE colligi posse videtur *Acharn.* v. 1120. Quamvis de *Oleo sacro* hic cogitare liceat, quod singularem vim addere clypeis credebatur, ad corpus muniendum & hostes propulsandos. Vide *Bibl. Brem. Class. VIII. p. 765.*

^c Cum solis imagines in scutis depictæ sese offerunt, incidit mihi in mentem locus notabilis PSALMI LXXXIV, 12. ubi *sol & scutum* junguntur. Potuit etiam scutum soli addi, quod lunæ plenæ speciem *parma*, dimidiatæ *pelta* formam gessit. Solem & lunam a Cananæis divino honore fuisse affectos constat.

Mater Lacæna, filio præcepit : ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν, aut hunc clypeum cum laude refer, aut in hoc defunctus recumbe. Denique adhærentibus clypeo tintinnabulis hostem nonnunquam teruerunt, vel hastis scuta verberantes, quod refert CALLIMACHVS in hymno in Del. v. 136. ^a

§. 14. Nunc ad Arma illa pergimus, quæ hosti prosternendo apta sunt, quorum præcipua olim fuerunt Hasta, Gladius & Sagittæ. Hasta tribus absolvitur partibus, primo Ligno, deinde cuspide, denique ære aliquo hastæ inferiori adfixo, cujus ope terræ infigi hasta potuit, *σάουωτῆρα* vocat HOMERVS Il. X. 153.

§. 15. Inniti etiam Hastæ potuerunt milites fessi, quod faciunt milites Homerici Il. XXII. v. 225. ^b Infixæ enim humo firmamenti loco esse videntur. Finito bello ad Columnas inclinatæ steterunt hastæ, vel adnixæ, ut loquitur

F 4

VIRGI-

^a Ex his, quæ de clypeorum usu monuimus, facile licet colligere, cur filius Dei vocetur Clypeus, ut GENES. XV, 1. *Ego sum clypeus tibi, & merces Tua maxima,* & PSALMO LXXXIV, 12. *Jehovah sol & clypeus est.* Et fides in Christum clypeo confertur EPHES. VI, 16. & veritas de Messia venturo, PSALMO XCI, 4. Christus enim tutatur, ornat, illo nitimur, in illo repositi quiescimus in morte ipsa, ille nobis prodest, dum nocet hostibus, nos solatur, dum illos terret &c.

^b *Arundo illa, quæ, si quis ei inniti velit, manum perforat,* memorata JES. XXXVI, 6. videtur huc referri posse, cum de auxilio bellicæ sermo sit.

VIRGILIUS *Æn.* lib. XII. v. 92. Interdum in vaginis, quas *δερροδόκας* dicit HOMERVS *Odyss.* I. v. 329. reconditas custodiverunt. ^a

§. 16. Gladii varia genera fuerunt. Communis Ensis dicitur *Ξίφος*, Ensis falcatus Græcis est *κοπίς* & *κνήσις*. Ensis brevior vocatur *μάχαιρα*, *ἀκινάκη*, *παραμήριον*, *παραξιφίδιον*, *ἐγχεσιφίδιον*. ^b

§. 17. Vagina, quæ gladium tegit, *κολοός* dicitur Græcis. Ferendo gladio destinatus fuit Baltheus ab humero demissus, ut videre est apud HOMERVM *Il.* II. v. 45. & aliis in locis satis obviis. ^c Denique & illud notatu dignissi-

^a Hastas deponere pacis, hastas projicere in terram hostilem belli signum fuit Romanis. Idem manifestare voluit Josua, cum hastam extendit versus urbem hostium *Jos.* VIII, 18.

^b Verbum Dei, quo Spiritus S. utitur ad vulnerandam conscientiam & distinguendam gratiam a natura, vocatur *ἡ Μάχαιρα τῆ πνεύματος* *EPHES.* VI, 17. Idem dicitur *Μάχαιρα διζομ* *gladius anceps*, qui Græcis familiaris & gratus fuit. *HEBR.* IV, 12. Apparet in ore Christi hic gladius *APOC.* I, 16, quia in ultimis diebus ipse filius loquitur *HEBR.* I, 1. 2.

^c Latus sinistrum occupavit Ensis, raro dextrum. *Ehud dextro lateri gladium accinxit JUD.* III, 16. vide, quæ de hoc more notavit LAMPRIUS ad *Psalumum XLV. Exerc.* V. §. 9.

gnissimum videtur, quod gladiis nobilitatis notas inscripserunt veteres. ^a

§. 18. Sagittæ vel tela, Græcis *βέλη* & *οἷσσι*, ex arundine vel ligno leviori confectæ & ferrea cuspide munitæ fuerunt. Præ aliis materiam Telis præbuit Arundo Cnossia vel Crentensis. Fuisse olim, qui tela veneno armarent, ex VIRGILIO constat *Æn.* lib. IX. v. 771. ^b

§. 19. Jacula emiserunt manu, Sagittas Arcu, cujus extremis partibus, *κορώναις* appellant Græci, alligati fuerunt Nervi, Gr. *νεύραι*. Arcus ipse variam formam habuit, vel Græcorum C, vel Latinorum S referentem. *Κορώναι* five

F 5

extre-

^a Hinc *decus* & *gloria* junguntur *gladio* PSAL. XLV, 4. quem locum illustrat idem LAMPYVS §. 7. & Vitringam, Perizonium aliosque, qui in gladiis nobilitatis characteres observarunt, producit.

^b *Sagittas Venenatas* per *βέλη πυροωμένα* intelligendas EPHES. VI, 16. censet Hammondus, ut serpentes ignei appellati sunt, qui veneno sanguinem incendunt. Eadem fere summi BOCHARTI sententia est in Hieroz. lib. III. cap. VI. Dissentit Vir Doctissimus Jacobus ELSNERVS, cum *βέλη πυροωμένα* sagittas igne candentes ex militia Veteri arcessit, quas coriis aceto maceratis extinguere licuit, quod est *σβέσαι πυροωμένα βέλη*, quæ verba sunt Apostoli. Et certe usus telorum ignitorum vel ex PSALMO VII, 14. elucet. Possunt etiam intelligi Sagittæ *acutissimæ* per Hebraismum, cum Hebræum *כֶּלֶב* & *flammam* & *gladii aciem* animo offerat, JVD. III, 22. I. SAM. XVII, 7. Exstinguuntur hæc tela, cum acies frangitur, ut incassum emissæ in terram cadant, excepta nempe scuto fidei,

extremitates arcus sæpe in auratæ fuerunt, unde arcus aureus dicitur apud VIRGILIVM Æneid. lib. II. v. 652. Ipse Apollo, qui sagittandi artem invenisse creditur, Ἀργυρότοξος salutatur a Poëtis. ^a

§. 20. Denique referri in numerum armorum possunt Machinæ illæ, quibus oppugnare urbem licet, ut κριὸς aries, χελώνη testudo, πύργοι turrets &c. Quamvis Græcia raro usa his fuerit oppugnationibus inimica, & lites vel prælio vel monomachia dirimens. ^b

CAPVT

^a Celebres præ aliis sunt Arcus Scythici, quos depingit SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Dian. v. 9. Ipsi Scythæ a sagittandi peritia nomen adepti videntur. Laudantur quoque Amazones, quæ dextram sibi mammam adussisse finguntur, ut felicius arcum tractarent. Verum hæc fabula ex falsa origine nominis ab α πριβ. & μασὸς mamma orta est, cum potius a robore denominatæ fuerint heroinæ, sc. ex ὕδν robustus fuit.

^b Mosis jam tempore ejusmodi machinas in usu fuisse colligunt ex DEVT. XX, 20. Equum Trojanum machinam bellicam fuisse verosimile est. 2. COR. X, 4. 5. per ὀχυρώματα & ἰσχύματα machinas bellicas intelligi eo certius est, quo evidentius est verbum καθαρῶν, quod urbium & regionum devastationem indicat, quod observat ELSNERVS ad h. l.

CAPVT IX.

DE CASTRIS.

§. I.

Postquam Militiam in genere & Arma militaria consideravimus, nunc ordines Militares, Ducum nomina & officia, signa militaria, & quæ in castris occurrunt alia notatu digna, breviter, quantum licet, exponemus.

§. 2. Olim Regum fuit officium in bello Exercitui præire, & Castris præesse, quod veteris ævi monumenta abunde confirmant. At postquam abrogata dignitate Regia imperium penes populum Atticum esse cœpit, creati sunt pro numero tribuum Decem Prætores, quos *στρατηγὲς* vocant, quorum plures bello per vi- ces præerant, dicti *οἱ ἐπὶ τῶν ὀπλῶν*, reliqui in urbe manentes appellati *οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως*.^a Non alii tamen ad hanc dignitatem admissi, præter illos, quibus legitimi erant liberi, & agri nemini oppignorati, qui fidei obsides esse possent. Sparta Regem habuit, qui præter titulum & rei militaris curam nullis Regiæ dignitatis signis ornatus fuit. Habuit & Respubl. eadem *βάρ- γον* quendam, militiæ omni præfectum.^b

§. 3. Stra-

^a Strategis & rempubl. commissam fuisse probat Antonius VAN DALE in Dissertatione V. ad Marmora, cap. III. Ergo *στρατηγός* Græcis quemque præfectum notat, & *ὁ στρατηγός τῆ ἱερῆ* non militare officium, sed sacrum indicat. LVC. XXII, 4. 52.

^b Hæc vox videtur originem dedisse titulo *Beg*, quo hodie Turcarum Præfecti gaudent.

§. 3. Strategi in bello munus fuit, cum prælium instabat, ad fortitudinem excitare milites additis & minis & promissionibus, quod duces Homericos observasse legimus. II. XV. v. 348. ^a Nota est Tyrtæi Poëtæ claudi milites carminibus suis incendentes & victoriam referentis historia, quam JUSTINVS narrat lib. II. cap. V. Strategis proximi fuerunt οἱ ταξίαρχοι, quibus id negotii datum, ut aciem sive ἰαξιὺν ^b instruerent, castra, itinera, præmia & pœnas militum curarent.

§. 4. Ἰππάρχοι omni imperaverunt Equitatu, quibus parebant οἱ Φύλαρχοι Equitatum singularum tribuum ducentes. Reliqui Præfecti pedi-

^a Christum Imperatorem nostrum & Ducem, cum dura instarent prælia, ad fidem & constantiam excitantem suos audimus APOCAL. II, IO. *γίνε πιστός ἄχρι θανάτου ἔστω fidelis ad mortem.* Nec desunt promissa: *καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς. Et dabo tibi coronam vitæ.*

^b Cognatum est vocabulum τάγμα, quod ab ordine aciei militaris ad res alias transfertur, ut I. COR. XV, 23. *ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι quisque in eo* (quo cum Deus esse iussit) *ordine.* Christus præit, ceu Dux & Imperator, reliqui suo quisque loco sequuntur. Verbum *τάσσειν* ut de militari imperio usurpatur LUC. VII, 8. ita quoque ad spirituales militiam applicatur ACTOR. XIII, 48. *οἱ τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον* sunt milites spirituales, qui eodem omnes Duce utuntur, non eodem tamen omnes loco sunt, qui eandem victoriam adversus eosdem hostes omnes reportant, non iisdem tamen omnes fruuntur præmiis, quod pari zelo non pugnarunt, nec pari robore.

peditum a numero militum, quibus præfuerunt, nomen suum duxerunt, ut χιλιαρχοι, ἑκατόνταρχοι &c.

§. 5. Exercitui seu Aciei datur μέτωπον frons, dantur & Cornua, quæ Bacho inventori tribuuntur. Dispositi per Cornua milites παραστᾶται, locati in media acie, ἑπιστάται vocati sunt. ^a Ab his distinguendus ὁ Πρωτοστάτης, quo nomine indicatur Præfectus, qui λόχῳ manū XXV. militum præfuit, quem necesse fuit reliquis prudentia & fortitudine antecellere teste **ARRIANO** in *Tacticis* p. 20. ^b Huic oppositus fuit ὁ Ουραγός, qui ultimum in eadem manu locum occupavit.

§. 6. Ad Ducis nutum se componere parati, & in varias partes se vertere edocti fuerunt milites, ut, ubicunque immineret hostis, resistere statim ingruenti possent. Moveri ad dextram Græcis est κλίνεσθαι ἐπὶ δόξῳ, ad sinistram, κλίνεσθαι ἐπ' ἀσπίδα, vertere sese dextrorsum

- Alias ἑπιστάτης præsidem, opitulatorem notat. Præ aliis hoc nomen mereri visi sunt Castor & Pollux, auxilium nautis in naufragii periculo ferentes. Majori jure Christus vocatur ἑπιστάτης, sedare ventorum rabiem potens, eoque nomine in naufragii periculo imploratur a discipulis **LVCAE VIII, 24**

- b Paulum Judæi dixerunt τὸν Πρωτοστάτην τῆς Ναζωραίων αἰρέσεως principem sectæ Naziraorum, & recte quidem, cum reliquos sapientia & fortitudine anteiverit.

sum a fronte ad tergum est μεταβάλλεσθαι ἐπ' ἐ-
ραν, sinistrorsum a tergo ad frontem, μεταβάλ-
λεσθαι ἀπ' ἐρᾶς. ^a

§. 7. In castris agentes ab imbre, calore &
frigore defenderunt Tentoria ex pellibus con-
fecta. Inter milites gregarios fuit συσκηνία, cum
plures sub uno eodemque tentorio egerunt.
Tentoria figere Græcis est σκηνῶν & σκηναῖν. ^b

§. 8. In

^a Μεταβάλλειν & μεταβάλλεσθαι voces ex veteri militia de-
sumptæ ad animum sæpe applicantur. V. G. Meli-
tenses dicuntur μεταβάλλεσθαι mutare animum, cum eun-
dem Paulum, quem homicidii modo aperte insimula-
verant, mox Deum salutant. ACTOR. XXVIII. 6.

^b Σκηνή vel σκῆνῶν tentorium dictum videtur ab Hebræa
voce קנח habitare. De militum tentoriis cogitare
licet, cum Christus dicitur σκηναῖσαι tentorium fixisse
JOH. I, 14. Ille enim firmis sedibus caruit, dum
his in terris ambulavit, & perpetua cum hostibus gef-
sit certamina. Pro tentorio Ipsi corpus fuit. Rev.
RAPHELIVS συσκηναῖον hic invenisse sibi videtur, quia
Christus dicitur tentoria fixisse ἐν ἡμῖν inter nos, cum
nobis, utpote qui cum discipulis suis comedit & bi-
bit, eodemque usus est tecto. Vide ejus Annotatio-
nes ex Xenophonte. Corpus fidelium ἀπίστον οἰκίαν τῆ
σκηνῆς terrestris domicilium tentorii appellat Apostolus
2. COR. V, 1. & simpliciter σκῆνῶν v. 4. Illi enim ad
exemplar Ducis sui perpetuum adversus salutis suæ
hostes bellum agitant. Nec mirum Paulum de ten-
toriiis loqui, cum ipse fuerit σκηνοποιός.

§. 8. In castris Græcorum præter Milites, quorum primæ partes fuerunt, & alii inventi fuerunt ἱεὺς μαχίμῃ ἐννεκα συνθηροισμένοι, exercitus & rei militaris gratia congregati, quæ verba sunt **ARRIANI** in **Tacticis**, nempe fabri, medici, mercatores, calones &c. ^a

§. 9. In castris opus est signo aliquo, quo internoscere socios ac hostes licet. Hujusmodi signum Græci σύμβολον vel σύνθημα vocant. Fuit autem vox aliqua bonum omen continens, quam Imperator Præfectis, hi vero militibus significabant. Astutum fuit Arcadum consilium, qui Tesseram hostibus proditam esse persuasi quoscunque rogantes occiderunt ex pacto, quod narrat **POLYAENVS** **Stratagematum** libro I. cap. XII. ^b

§. 10. A

^a In militia quoque spirituali hæc distinctio probe tenenda est. In ecclesia externa velut in castris multi reperiuntur, qui lucrum ex pietate quærunt, non pugnandi sed mercandi causa advolantes. Audiamus quæso Paulum discrimen hoc prudenter animadvertentem **2. TIMOTH. II, 4.** Ὁυδεὶς στρατεύομεν ἐμπλέκεται ἰαῖς ἢ ἐν πρᾶγματεῖαις, qui bellandi causa in castris versatur, non curat fabricarum & mercatorum questum & negotia.

^b Professio fidei Christianæ, qua a Christi hostibus scernuntur fideles, recte *symbolum* nominatur. Vita enim Christiana pugna est continua. Militibus Hebræis ejusmodi tesseram prius innotuisse quam Græcis, ex historia sacra patet. Gideonis tessera fuit *Gladus Jehovæ & Gideonis*, vel *Gladus est Jehovæ & Gideoni* **JUDIC. VII, 20.** quæ convenit cum Cyri Regis symbolo: *Ζεὺς σύμμαχος* Deus adiutor.

§. 10. A symbolis multum diversa fuerunt Signa Gr. *Σημεῖα*, quibus prælii initium vel finem declarare Imperator voluit, vel itineris faciendi mandata exercitui proponere. Athenienses noctuam, Thebani Sphingem prætulisse copiis leguntur. ^a Aquilam non Romanorum solum, sed & Græcorum signum fuisse testis est SENECA. ^b

§. 11. Memorantur etiam in Græcis scriptoribus faces ardentes, quas *πυρφόροι* faciferi in hostes miserunt pugnae signum edituri. Signum cruentæ cladis fuit, ubi ipsos quoque *πυρφόρους* hostium furor abstulerat. ^c Conon apud

^a Ignem Persas prætulisse castris, refert CVRATIVS, quod ex Hebræorum institutis ad Persarum gentem manavit. Nam columnam Ignis Judæis noctu proficiscentibus viam monstrasse, nemo nescit. Noctuam Palladi sacram placuisse Athenis, quid mirum? de Sphinge Thebana audiantur Mythologi.

^b Senecæ locum profert BOCHARTVS in Hierozoico, Parte II. lib. II. cap. IV. in fine. In loco illustri MATTH. XXIV, 28. "Ὅπου ἴσως εἶναι ἢ τὸ πτώμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ αἰετοὶ *ubicunque est cadaver, ibi colligentur aquile*, ad militaria Romanorum signa respici, multi putant, ut Judæorum, quorum Respubl. cadaveri emortuo similis erat, excidium per Romanorum legiones brevi parandum prædicere videatur Christus. Certe nexus verborum hunc sensum confirmat.

^c Hic sensus est proverbii *ἡ πυρφόρος ἰσώθη*. Bellonæ dantur faces, apud STATIVM Thebaidos lib. IV. v. 5. Et Gideon *faces cum tubis* ad hostes terrendos adhibuit JUDIC. VII, 16. Apostoli verba 2. COR. IV, 7. ad

apud POLYAENVM Stratagematum lib. I. cap. XLVIII. §. 2. Φοινικίδα paludamentum puniceum hastæ alligatum extulit. Causam addit idem scriptor ἦν δ' ἄρα μάχης σύνθημα, erat pugna signum.

§. 12. Denique frequens etiam usus fuit apud Græcos concharum, tubarum, fistulæ & citharæ ad signum pugnae dandum, animumque pugnantibus addendum. Cymbalis & tympanis in bello usus est Bacchus teste POLYAENO Stratag. lib. I. cap. I.^a Clamorem inconditum excitasse ad terrorem hosti incutendum sæpe milites, ex HOMERO constat, qui

G

He-

ad bellum Gideonis respicere arbitror. Ἐχομεν τὸν θησαυρὸν ἡμῶν ἐν ὄσπρῳ τοῖς σκέυεσιν habemus thesaurum (En Gideonis lampades!) in basis testaceis rumpi suctis. (En Gideonis testas!) Eodem spectant sequentia. Quemadmodum enim vili hoc apparatu ingentem tamen hostium numerum fudit Gideon, ita Apostoli externa specie carentes miranda Jesu Christi robore firmati opera patrarunt, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ἡ τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν, ut excellentia roboris Dei esse agnoscat, non nostri. Ipsam υπερβολὴν vocem eleganter adhibent ἐν LXX. OBADIAE versu 18. observante Pl. Rev. WOLFFIO in notis ad Casauboniana.

^a Lacedæmonii pluribus tibiis modulate in prælio canentes componendum esse ad fortitudinem animum, non turbandum inconditis & horridis boatibus dixerunt, nec in fervido mentis motu, sed in constanti animi proposito positam esse fortitudinem. Vide CRAGIVM de Republ. Laced. lib. III. p. 357.

Heröas suas ἀγαθὸς βοήν aptos ingenti clamori
fuisse celebrat. ^a

CAPVT X.

DE VICTORIA.

§. I.

Victoria parta victisque ac debellatis fortiter
hostibus cujus animus non perfunditur
lætitia? Eam igitur significarunt milites Græci
Ἐπινομία & καλλινίκης ἐπωδαίς triumphalia carmi-
na canentes. ^b

§. 2. Signa Victoriæ sunt Captivi & Præda,
Illi mancipiorum loco habitifuerunt, nisi λύτρω
pretio aliquo redimerentur, quod, HERODOTO
teste, minam æquavit Atticam. ^c Ad Prædam
imprimis referre licet vestes ac arma hosti de-
tracta, vel vivo, quæ λαφύρα, vel mortuo, quæ
σκῦλα dicuntur. ^d Ne mortuos veste spolia-
rent,

^a Idem hodie Turcis placet. Et Germanis olim barritum
TACITVS, Gallis ululatum LIVIVS tribuit. Hic clamor
est **המחלה קור** vox belli EXOD. XXXII, 17.
notante DOVGTAEO in Anal. Parte I. p. 75.

^b Ex Euripide, aliisque scriptoribus hæc illustrat DOVG-
TAEVS Analectorum Parte I. p. 119. & hujusmodi car-
mina inveniri EXOD. XV. JVDIC. V. & I. COR. XV. monet.

^c Vox λύτρω eodem sensu gaudet in scriptis Novi Testa-
menti, MATTH. XX, 28. LVCAE XXIV, 21.

^d Detractæ hosti exuviæ indicantur COLOSS. II, 15. ubi
phrases occurrunt plures ex veteri militia derivandæ.

rent, Lycurgi monuerunt leges, quas citat AELIANVS Var. Hist. lib. VI. cap. VI.

§. 3. *Ἀγοθίτια* sive primitias ex omni præda optimas facto delectu Deo sacrarunt victores. Panoplias tercentum in Minervæ templo Athenis suspensas memorat ARIANVS de Expeditione Alexandri M. lib. I. cap. XVII. Statuas æreas Jovi & Neptuno ex manubiis dedicavit Pausanias apud HERODOTVM lib. IX. cap. LXXX. ^a

§. 4. Ex reliqua præda in unum locum collata optimam partem seligendi potestas Ducibus fuit, quo facto reliquæ manubiæ, ut iustum & æquum erat, inter Præfectos ac milites distributæ. Breviter hæc complectitur HOMERVS ILIAD. XI. v. 703. Aliqua tamen prædæ parte carere eos iussit Victoria, quæ Epiniciis non contenta Tropæum sibi erigi voluit eo in loco, ubi fusæ erant hostium copiæ, nempe truncum quernum, vel oleam, cui hostium Ar-

G 2

ma

Exiit sc. Christus imperia & principatus (vestibus, ornatu, dignitate sua, & spolia reportavit opima, quæ ipse dux ducibus Mosaicis detraxit) & circumduxit libere & palam in triumpho.

- ^a Prædæ primitias jam suo tempore sacris usibus destinatas Melchisedeko dedit Abrahamus. HEBR. VII, 4. quem locum ex Antiquitate illustrat VEN. ELSNERVS. Arma Goliatho erepta Deo sacravit David I. S. A. M. XXI, 9.

ma affixa fuerunt, addito elogio, causam monumenti continente. ^a

§. 5. Præter manubias, quæ præmii loco cesserunt miliribus strenue sese gerentibus, alia quoque fortitudinis Præmia fuerunt, Gr. Ἀριστεία. Imperatoribus fortiter pro patria pugnantibus concessa est σίτησις ἐν πρυτανείῳ, id est, in Prytaneo publico Reipubl. sumtu ali ipsis contigit, cujus rei vestigia evidentissima inveni apud ARISTOPHANEM Equit. v. 771. ^b Præfectos inferioris ordinis a minoribus ad majores præfecturas promovit vivida bello virtus, ^c Gregarios milites ad Præfecturam.

§. 6. Co-

^a Inveniri etiam *tropæa lapidea* ex Pausania ostendit JAC. LYDIVS in Syntagmate de Re Militari lib. VI. cap. III. idemque vestigia hujus Ritus in gente Hebræa se invenisse putat in *lapide auxilii* אֶבֶן עֵזֶר, & I. SAM. XV, 12. JUDIC. XVI, 3. PSALMO LX, 6. ZACH. IX, 16. Clariss. ZORNIVS in tropæis formam *crucis* reperiri existimat, unde illustrari possit locus COLOSS. II, 14. ubi *crux* velut monumentum victoriæ esse videtur, eo in loco stabilitum, quo fugati terga verterunt hostes. Vide ejus Bibliothecam Antiquario - Exegeticam. pag. 852.

^b Dapes Paradisiacæ & manna reconditum fortiter pro Christo pugnantibus promittuntur APOC. II, 7. 17. τῶν κἀντὶ δάσω ἀλλῶ φατεῖν ἐκ τῆς ξύλης τῆς ζωῆς & rursus τῶ νικῶντῶ δάσω ἀλλῶ φατεῖν ἐκ τῆς μάννα τῆ κεκερυμμένης.

^c Διπλῆ ἱμερὴ duplex ille honor, qui fidis presbyteris promittitur I. TIM. V, 17. quem præcedenti capite cum duplici stipendio τῶν διμοιριτῶν comparavimus) honoratius est munus in Ecclesia, judice HAMMONDO. Si placuerit hæc interpretatio, nihil impedit, quo minus de *præmio*

§. 6. Coronas imprimis fortitudinis & virtutis præmia fuisse, ex Comico sæpius laudato discimus, in Equit. v. 1231. Inscripta illis fuerunt Elogia, id est, nomina virorum fortium, res gestæ & tempus. Exempli loco esse potest corona illa, quæ Cononi victis prælio navali Spartanis concessa, cum hoc elogio: *Κάrown ἀπὸ τῆς Ναυμαχίας τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους.*^a

§. 7. Coronis adde statuas viris fortibus in foro aliisque locis publicis positas five vivis, five defunctis. ARRIANVS de Expeditione Alex. M. lib. I. cap. XVII. & CORNELIVS NEPOS in Cimone, aliique.

§. 8. Adde his Arma publica auctoritate in virtutis mercedem data, qui honos uno nomine vocatur *Πανοπλία*. Denique ubi non li-

G 3

cuit

premio militari Præfectorum hic cogitemus. Alter locus, qui huc spectare videtur, exstat I. TIM. III, 13. *Οἱ καλῶς διακονήσαντες βαδμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιῶνται, fidei Diaconi gradum bonum, id est, altiore sibi acquirunt.* Illustrat hunc locum ex militia veterum Rev. RAPHELIUS, ostenditque ex Xenophonte, vocem *εἰσναβήσασθαι* hoc sensu occurrere, quæ cum nomine *βαδμὸς* congruere videtur. Quemadmodum igitur viri fortes *honoratiorem præfecturam* virtute sua sibi meruerunt, ita & fidei Presbyteri & Diaconi in ecclesia *ad munus honoratius*, quod fidei ipsorum debetur, ascendunt.

- ^a Post mortem fortiter pro patria toleratam defunctis quoque decretas publice fuisse coronas observat Campenius VITRINGA ad APOCAL. II, 10. ubi fidelibus fidem ipsa morte testatis *corona vite* promittitur. Easdem coronas cum fideles Christo offerunt APOCAL. IV, 10. hoc facto eidem victoriam omnem (cujus signa coronæ sunt) acceptam ferunt.

cuit ipsos fortes viros de Republ. bene meritos præmio aliquo mactare, liberos tamen publico sumtu ali voluit Solon, teste DIOGENE LAERTIO in ejus vita. ^a

§. 9. Ut bene meritis honores & præmia, ita perfidis & timidis infamia & multa imposta fuit. Levissima pœna fuit exauctoratio, quod Græcis est ἐξαιρέσθαι. ^b Deinde militiam recusantes ἀσράτευτοι, ordinem deserentes λιπότακται, vel ἀτακτῆνες ^c & timidi δειλοί ^d velut infames a sacris & concionibus fuerunt exclusi.

§. 10. Clypeum totius exercitus munimentum abjicientes, Gr. ῥιψασπίδες infames habiti Spartaë, cum quibus contrahere matrimonium

^a Apud Hebræos quoque arma præmii loco fuisse ex 2. SAM. XVIII, II. colligit Jacobus LYDIUS de Re Milit. lib. VI. cap. VI.

^b Paulus ergo cupiens ἐξαιρέσθαι ἐκ τῶν πιστῶν τὸν τὸ ἔργον κακὸν ποιήσαντα ut ex fidelibus excludatur incestuosus, hominem hunc considerat tanquam militem perfidum & perjurum, qui cum hostibus Christi faceret, dignum ergo, qui exauctoretur, & a castris Christianorum removeatur. 1. COR. V, 2. monente RAPHELIO in notis Xenoph.

^c Utitur verbo ἀτακτεῖν Apostolus 2. THESSALON. III, 7. ὅτι ἐκ ἠτάκτῆσάμεν ἐν ὑμῖν non deseruimus ordinem, non negleximus jussa ulla Imperatoris nostri, sed fidos nos Christi milites præstitimus. Militarem esse vocem probat idem RAPHELIVS ex Xenophonte.

^d Δειλοί timidi panegyri sanctorum indigni judicantur APOCAL. XXI, 8.

um nefas fuit, quos cædere cuivis obvio permissum. Eosdem vestitu ex pannis varii coloris & generis confuto vel habitu fœmineo indutos cum barba dimidiam tantum partem rafa in publicum prodire coegerunt. ^a

CAPVT XI.

DE MILITIA NAVALI.

§. I.

Græci ferius remotas terras navigiis adire & transvolare æquora tentarunt. Primi Phœnices patriis sedibus relictis in Græciam transeuntes usum navigiorum Græcis ostendisse videntur. ^b Alii Neptunum, id est, Japhetum, alii Janum, id est, Noachum navigandi modum orbi terrarum tradidisse ferunt. ^c

G 4

§. 2. La-

^a CRAGIVS de Republ. Lac. lib. III. pag. 361. POTTERVS Archæol. Gr. lib. III. cap. XII. Barbam semiram apud alias quoque gentes ignominie loco fuisse ex 2. SAM. X, 4. liquet.

^b Phœnices navigandi scientiam optime tenuisse, & per totum, qua patet, orbem mercimonia agitalse vel sacri Scriptores docent JESA. XXIII. JEREM. XLVII. EZECH. XXVII. & alibi.

^c Japheti posterii insulas habitarunt GENES. X, 5. unde facile colliges non defuisse illis navigandi peritiam. Et gentes a Judæorum, id est, Semitarum communione remotæ sæpius insularum nomine veniunt imprimis Japhetidæ. JES. LX, 9. &c.

§. 2. Lacedæmon a navigatione abhorruit diu, PLVTARCHO teste, & nauticam exercere vetuit, ne mores corruptissimi, quos in nautarum plerisque animadvertibat, cives suos polluerent, donec Lyfandro duce felicissimo exitu validam comparavit classem. ^a

§. 3. Ab initio Ratibus seu trabibus junctis, deinde lintribus ad trajicienda flumina usi sunt mortales, ^b quod confirmat VIRGILIUS Georg. lib. I. v. 136. ita canens :

Tunc alnos fluvii primum sensere cavatas.

Post tentata flumina, & maria ipsa ingressi sunt Japhetidæ audaces, breviora primum, post etiam longiora itinera conati. ^c

§. 4. Postquam multa arte strui ccepta sunt navigia, duplex fuit genus navium, onerariæ Gr. ὀλιβάδες sive Φορτηγοὶ rotundæ, sed bellicæ Gr. μικρὰῖν indicio ipsius nominis longæ fuerunt. Hæ rursus diversos numero remorum ordines habuerunt, quem numerum nomina indi-

^a CRAGIVS de Republ. Laced. lib. III. p. 351.

^b Excavatas arbores loco navium olim fuisse, vel inde constat, quod & hodie *scapha* dicitur quoddam navigii genus, quod ab *effodiendo*, *excavando* (ἀπὸ τῆς σκάπῃν) originem duxit.

^c Confirmat hæc Petrus Daniel HVEIVS in Dissertatione de Navigationibus Salomonis cap. II. §. IX.

indicant. Τριήρεις fuerunt trium ordinum, quarum usus fuit frequentissimus, πενήρεις quinque, ἐκααιδεκήρεις sedecim ordinum, quales extruxit miraculo similes Demetrius Poliorcetes. ^a

§. 5. Quæque navium Proram habet & Puppim. Illa Græcis πρῶρα vel μέτωπον, hæc ἔρα, vel πρύμνη vocatur. Illam χηνίσκω anserem, hanc ἀφλάσσοις tæniis ligno altiori adhærentibus, ex quarum indicio venti rationem cognoscere licuit, ornarunt. ^b

§. 6. In Prora conspiciere licuit Navis signum, quod Græci appellant τὸ παράσημον, ex quo navis nomen traxit. Verbi Gratia: Pegasi navis signum habuit Equum, unde ipse Equo alato vectus dicitur. Navis παράσημον Proram tenuisse apud Græcos confirmat ARISTOPHANES in Ran. v. 964. Majori ornamento superbivit Puppis, nempe Deorum tutelarium effigie, ut canit OVIDIUS Heroid. Epist. XVI. v. 112. Accipit & pictos puppis adunca Deos. ^c

G 5

§. 7. In

^a Remorum ordines oblique ascendisse, ingentemque illam Demetrii navem pro XVI. ordinibus remorum postulasse XX. pedum spatium, non amplius, demonstrat PALMERIUS in Exercit. ad optimos auctores Græcos p. 170. seqq.

^b SCHEFFERVS de Militia Navali lib. II. cap. VI. & POTTERVS Archæol. Gr. lib. III. cap. XV. plura dabunt, nos brevitati studemus.

^c De παρασήμων locus occurrit difficilis ACTOR. XXVIII, II. ubi navi, qua vectus fuit Paulus, signum Castoris & Pollucis

§. 7. In transtris, quæ Græci vocant Ἐδωλία, confederunt Remiges οἱ Ἐρέται. Triplex horum ordo fuit in Triremibus, & cuique ordini peculiare inditum est nomen. Qui in summa navis parte sederunt, dicti fuerunt Θραμίται, qui in media ζυγίται, qui in infima θαλαμίται. Rem omnem exponit Scholiastes ARISTOPHANIS in Ran. v. 1106. ^a

§. 8. Malus, quem Græci ἰσὸν dicunt a stando, appensa gerit Vela Gr. ἰσία, quæ velut alæ navigiorum sunt, quarum ope avolant, & auferuntur. Hinc fabula orta est de Triptolemo alatum Draconem currui jungente, & de Pegaso equum alatum frenis compefcente. Malo alligant nautæ funes, quorum variæ species, variaque nomina fuerunt. ^b

§. 9. Gu-

lucis (παράσημον Διοσκύρον) fuisse narratur. Facile tamen tollitur omnis difficultas, si statuamus, in hac navi signum sive παράσημον a Deorum tutelarium imagine diversum non fuisse, quod non raro usu venisse viri docti testantur. Vide SCHEFFERVUM de Milit. Nav. Veterum lib. III. cap. I. & Muretum Variarum lectio-num libro X. capite XIX.

^a Nempe summa transtra θράνοι, infima θαλαμοί, media ζυγά appellatur. Ergo Ἐτεροζυγῆν est cum impiis & ab ecclesia Christi alienis hominibus sedere in iisdem transtris. 2. CORINTH. VI, 14. interprete Clariss. ZORNIO in Bibl. Antiq. & Exeget. p. 385. qui & observat Corinthios, ad quos scribit Apostolus, triremium inventores fuisse.

^b Κάμινος funem quendam nauticum denotat. Hanc ergo vocem loco καμήλας ΜΑΤΘ. XIX, 24. quidam substitu-

§. 9. Gubernacula Gr. *πηδάλια* ab utraque parte affixa fuerunt navi, ut eorum ope regi & flecti, quocumque lubuit, posset. Anchoræ etiam plures, Gr. *ἄγκυραι*, in quoque navigio fuerunt, quibus contineri naves in statione possunt. Omnium firmissimam, quam ultimo demum in periculo adhibuerunt, dixerunt *Ἱερὰν* sacram. ^a *Ἄγειν ἄγκυρας* est provehi. ^b

§. 10. Ma-

stituendam putarunt, audaci falce Critica involantes pro lubitu in sacram messem, & funem nauticum *κάμιλον* melius convenire foramini acus dicentantes. Ad aliud funium & vinculorum genus referenda τὰ ὑποζώματα, quibus navem constringere, ne vi ventorum ac fluctuum diffiliret, consueverunt nautæ. Hoc est *ὑποζῶσαι τὸ πλοῖον* ACTOR. XXVII, 17. qua de re consulatur Cel. WOLFFIUS in Curis Criticis ad h. l.

^a Anchoræ primo lapideæ fuerunt, dein ligneæ plumbo gravatæ, denique ferreæ, vel *ἑτερόσομοι* uno tantum dente instructæ, vel *ἀμφίσομοι* binis. Anchoram fæeram indicari tacite HEBR. VI, 19. ostendimus in Museo Bremensi Tomo seu Classe II. Parte II. Spes enim ibi dicitur *ἄγκυρα ἀσφαλῆς τε καὶ βεβαία* qualis olim sacra fuit, omnium *firmissima & maxima*, καὶ εἰσερχομένη εἰς τὸ ἐσώτερον τῆ καταπετάσματος *ingrediens intra auleum*, in ipsum penetrans sanctum sanctorum, id est, *sacra*.

^b In fine navigationis, vel cum abrumpendus paulisper cursus erat *ex puppi* demissæ sunt *anchora* ACT. XXVII 29. unde VIRGILIUS Æneid. lib. VI. v. 3. seqq. naves in statione pro anchoris stantes ita describit, ut proras pelago, puppes littori obversas fuisse narret. Habuit tamen & prora anchoras. Omnes, cum *per ingredi* maritimum & vela dare oportuit, sublatae. ACTORVM l. c. v. 13.

§. 10. Mali, vela, funes &c. armamenta navis Gr. ὄπλα dicuntur, ad quæ etiam referenda est Bolis, cujus ope maris altitudinem explorare necesse fuit. ^a

§. 11. Rostra Gr. ἔμβολα invenisse Piseus dicitur, quorum usus præcipuus fuit in bello. Fuerunt autem Rostra Trabes prominentes in prora munitæ ære, interdum & deauratæ ornatus gratia. Ut horum ope perforari naves hostium potuerunt, ita ope τῶν ἀργάγων, quæ feramenta fuerunt hamata, in sublime eas rapere studuerunt. Denique manus ferrea χεῖρ σιδηρᾶ in naves hostiles ope alicujus machinæ fuit projecta, ut tenere eas, invadere ac superare possent. ^b

§. 12. Navem ac nautas regere munus fuit τῷ κυβερνήτῃ, ^c quem scientia siderum, ventorum ac regionum instructum esse oportuit. Regionum situs qui ignorabat, quomodo ille securos portus, stationes navium fidas eligere, vada scopulosque vitare potuit? ^d

§. 13. Astro-

^a Hunc sensum vocis σκεῦος intellige ACTOR. XXVII, 19. ubi & Bolis memoratur v. 28.

^b Instrumenta hæc navium bellica describunt POTTERVS lib. III. cap. XVII. & SCHEFFERVS lib. II. cap. V.

^c Hinc vox κυβερνήσις ad ecclesiæ regimen transfertur I. CORINTH. XII, 8. Nam ut respubl. apud HORATIVM libro I. od. XIV. ita Ecclesia MATTH. VIII. navi in multis similis est.

^d Sine dubio seriori ævo in tabulis situs regionum descriptos præ oculis habere potuerunt. Verum ad
Jofuæ

§. 13. Astrorum cognitio imprimis necessaria fuit Gubernatori, quoniam cursum ad siderum motus exigere oportet. Et Græci quidem Helicen ducem sequuti sunt, & Achivi vocantur Ἑλιώπες, narrante EVSTATRIO ad Dionysium Periegeten v. 907. ^a Phœnices vero Cynosuram navigationis magistram habuerunt. Certis astris tempestatum vices tribuisse veteres, satis constare ex scriptoribus arbitror. ^b

§. 14. Pro-

Josux ætatem ascendere antiquitatem mapparum Geographicarum ex Jos. XVIII, 8. probari non potest. Incertior multo eorum est opinio, qui Satanam Christo mappam Geographicam, & in ea descripta mundi regna exhibuisse MATTH. IV, 8. augurantur, de quibus vid. Clariss. FABRICIVS in Bibliographia Antiq. cap. V. §. 9. Domitiani ætate rarus adeo fuit mapparum ejus generis usus, ut Metium Pompusianum eas possidentem Cæsar interfecerit; metuens, ne imperium orbis ille affectaret.

^a Pyxidem nauticam jam Salomoni & Plauto cognitam fuisse vix credo, quamvis id commentum nonnullis placuit, de quibus lege, si placet, diligentissimum FABRICIVM Bibl. Ant. capite XXI. §. 12.

^b Stultam hanc opinionem refellit JACOBVS Apostolus cap. I. 17. cum *patri luminum*, id est, auctori siderum bona omnia munera tribuit ut fonti unico. Horatius tamen Oriona nimbosum, Hyadas tristes appellat. Eandemque ob causam olim ab ortu Plejadum ad earum occasum mare clausum fuit. Huc refer ~~trimestrem~~ ~~Apostoli commorationem~~ in insula Mileteto


§. 14. Proræ præfectus Gr. *πρωρεὺς* secundum a Governatore locum tenuit, cui & remigum cura credita fuit. Navis lateribus præfuerunt *οἱ τοίχαρχοι*. Ne in scopulos & vada deferretur navis curarunt *Ναυφύλακας* & *Δίοπτοι*, contis & bolide maris altitudinem tentantes. Reliqui inferioris sunt ordinis, ut *Τριηρζύλης* tibi-
cen, *Ἐχαρεὺς* coquus, *Λογιστὴς* scriba, & *Ταμίας* promuscondus.

§. 15. Sequitur Duces omnis nautarum turba, quorum alii aliis in nave officiis & laboribus destinati fuerunt. Qui vela curarunt, dicti sunt *Ἀρμενισαί*, qui funes *χοινοβάται*, qui ad utrumque parati fuerunt *Μεσοναῦται*. Durior fors fuit Remigum, qui laboribus fessi in transi-
tris dormiverunt, quod ex THEOPHRASTO didici Eth. Char. cap. XXIII.

§. 16. In navibus bellicis præter nautas & remiges Milites aderant Classiarii. Hos Græci appellant *ἐπιβάτας*, quod in superiore parte navis pugnarunt. Instructi hi fuerunt hastis longioribus cubitorum XX. LIVIO teste lib. XXVIII. cap. XLIV. Et ne hostium ipsis nocerent tela, disposita ab utraque navis parte fuerunt scuta.

§. 17. Classi-

leto ACTOR. XXVIII, II. De navigationis temporibus diligenter commentatus est Cel. Jacobus HASAEVS olim patriæ meæ decus in singulari dissertatione inserta Bibliothecæ Brem. Class. I. p. 27. seqq.

§. 17. Classiarii omnes uni paruerunt *Ναυάρχω*, qui pro lubitu signum itineris vel pugnae uniuersae classi dedit. ^a Vicariam illi operam praestitit *ὁ Ἐπιτολεύς*. Ab his probe distinguendus est *ὁ Τετράρχης* , qui suis sumptibus triremem instruxit, quod munus a Republ. diuoribus demandatum magno quidem honori fuit, sed majori oneri, quod patet ex ARISTOPHANIS Equitibus v. 919.

§. 18. Neptuno, Tempestati, Ventis Diisque marinis hostias mactare consueverunt iter navale suscepturi. VIRGIL. *Æn.* lib. III. v. 118. Rursus finito feliciter cursu gratæ mentis testimonia obtulerunt iisdem, sacrificia solennia, quæ *ἀποβάτηρια* vocant. ^b

CAPVT

^a Signum profectiois aliquando dedit columba e Nauarchi navi emissa, quod observat ex Apollonii Scholiaste POTTERVS lib. III. cap. XX. Diu ante Noachus signum discessus ex arca a columba exspectavit.

^b In periculo naufragii vota sunt nuncupata a nautis, deinde superato periculo solvenda. *Radere crines & Deo sacrare* promiserunt aliquando nautæ. Hinc Paulus *ne capillum quidem* nautis ac focis periturum pollicetur ACTOR. XXVII, 4. quod monet DOUGTAEVS *Analectorum* Parte II. p. 97.

CAPVT XII.

DE MAGISTRA'TU.

§. I.

ADolefcentem Græcum in castra duximus & ad naves, quo modo, quibus armis, quibus ducibus terra marique bellaverit, vidimus, nunc eundem bello confecto reducemus domum, & quibus in pace paruerit magistratibus, inquiremus.

§. 2. Imperium Monarchicum unius Regis antiquissimum est, & naturæ legibus convenientissimum. ^a Placuit Græciæ antiquæ illud Homericum. ILLIAD. II. v. 204. εἰς κοίρανος ἔστω, εἰς βασιλεύς. Singulis urbibus fere singuli Reges imperarunt, ^b pauci pluribus simul, quos

^a Imperium Monarchicum his in terris conformatum videtur ad Exemplar ipsius Dei, cujus quasi Vicarii sunt orbis Domini. Propius & clarius imaginem imperii Monarchici expressit Theocratia Veteris Testamenti, de qua WITSIVS & SPENCERVS aliique consulendi. Deus Israelis prisca Rex fuit I. SAM. VIII, 7. XII, 12. PSALMÓ XLVIII, 2. MATTH. V, 35. Regnum hoc divinum toties menti offertur, quoties Deus vocatur אֲרוֹנִי & אֲרוֹן. Reges enim Domini dicuntur, observante SCHLICHTERO Obs. XVI. p. 146. & 432. Ipsum nomen אֲרוֹן respondet voci βασιλεύς, cum utrumque fundamentum notet, unde Christus fundamentum appellatur & quidem unicum I. COR. III, 11.

^b Historia sacra testis hujus rei esse potest. Reguli fuerunt non reges, quos vicit Abrahamus GENES. XIV, 4. Nempè

quos Regum Reges dixerunt, ut Agamemnona, quamvis hic titulus Persarum Regibus quasi proprius & perpetuus fuerit. ^a

§. 3. Reges divino olim honore affecti fuerunt, quod Deorum quasi vicarios & inter-nuncios illos esse dixerunt. CALLIMACHVS in hymno in Jovem. v. 79. testatur: εἶδεν ἀνάντων θεϊότερον, nihil esse divinius Regibus, ^b Super-

H bis

Nempe quisque pater familias Regia auctoritate usus primum est, deinde familiis pluribus in unum corpus collectis, unde urbes enatae, ea familia, quæ cæteris divitiis, auctoritate, & numero præstitit, tractu temporis imperium vel accepit oblatum, vel arripuit negatum.

^a Ἀναξ ἀνάκτων toties ab HOMERO salutatur Agamemnon, quæ vox ἀναξ cum Hebr. אַנַּךְ (unde filii Enak) videtur quodammodo convenire, ut filii Enak fuerint magnatum & principum liberi. Summo jure Christus Rex Regum appellatur APOCAL. XIX, 16. quem locum ex Antiquitate illustrat VEN. ELSNERVS.

^b Reges Ægypti θεοὶ dicti & θεοὶ σωτήρες, quod habet inter alia ILL. SPANHEMIVS ad locum Callimachi citatum. Principes Judæorum Dii vocati PSALMO LXXXII, 16. Divinos honores Regibus exhibuerunt Persæ, ut προσκύνησιν, quam Magi Christo. MATTHÆI II, II. Iidem Reges Solis, Reginam Lunæ imaginem esse dixerunt, notante ALMELOVEENIO Amtenit. pag. 245. ut Christus populi sui Rex sol justitiæ, id est, verus dudum prædictus appellatur MALACH IV, 2. Per adulationem Judæos Herodi Agrippæ Dei titulum concessisse narrat Lucas ACTOR. XII, 22. ut Latini: Deus (Augustus Cæsar) nobis hæc otia fecit, apud VIRGILIVM Eclog. I. Quis nescit ἀποθεώσιν Cæsarum? de qua erudite scripsit SCHOEPFELIVS Professor Argentoratis singulari nuper edita dissertatione.

bis titulorum ornamentis iidem ornati leguntur, quos scilicet Μεγάλυς, σεβασύς, ἀγαθύς dixerunt, & quid non? ^a

§. 4. Regiam potestatem a Deo credi hominibus, recte iudicarunt veteres. Hinc θεῶν παῖδς Reges appellat HOMERVS Iliad. V. v. 672. Et Heraclidas Athenis Regnum tenere ἐκ θεοπροπίς communis ferebat opinio. ^b

§. 5. Imperium Regium hæreditarium fuit Athenis inter Herculis posteros. In aliis Græcorum gentibus eligi Reges necesse fuit. Milesii optimum quemque Agri Colonum Regio honore dignum putarunt, quod refert HERODOTVS lib. V. cap. XXIX. Alii populi formæ, statu-

^a Titulos hosce præter alios multos, Regibus proprios fuisse docet DOËTISS. SCHLICHTERVS in Decimis S. Observatione XLVII. illustratque MATTH. XX, 15. ubi Reges vocantur μεγάλοι, ACTOR. XXV, 21. ubi Nero Cæsar vocatur σεβασός, quod Latine redderes Augustus, & MATTH. XX, 15. ubi Rex vineæ se dicit ἀγαθόν. adde MATTH. XIX, 17. ubi Christus testatur, nemini, ne regibus quidem convenire titulum ἀγαθῆ nisi Deo soli.

^b Magistratum omnem imprimis Reges Deo debere dignitatem suam clarius testantur sacri scriptores. DEVT. XVII, 15. 2. SAM. VII, 8. DAN. II, 21. Et hæc vera ratio est, ob quam parendum magistratui, mōnente Paulo ROM. XIII, 1. ἡ γὰρ ἐστὶν ἐξουσία ἐκ μὴ αὐτῶ θεῶ. Heraclidæ Herculis divino sanguine sati putantur. Primi Reges Atheniensium fuerunt Inachus, & Ogyges, quorum illud quidem a Noacho, hunc Ogo Rege Basan nomen habere putat JOHANNES TVRNER Anglus in Bibliotheca Universali Tomo XIII. p. 55.

staturæ, divitiarum, roboris, sapientiæ donis eminentes regio titulo dignos æstimarunt. ^a

§. 6. Regiæ dignitatis Insigne fuit Sceptrum Gr. *σκῆπτρον* dictum ἀπὸ τῆ σκηρέπειωθαι ab innitendo, ut Agamemnonem scepro innitentem proponit HOMERVS Iliad. II. v. 109. ^b Videtur a pedis pastorum originem traxisse sceptrum, cum Reges *ποιμέναι λαῶν* gentium pastores dicat HOMERVS. ^c

H 2

§. 7. Sce-

^a Medi *fortissimum* quemque Diademate regio ornauerunt teste EUSTATHIO ad Dionysium Periegeten. v. 1017. Indi & Æthiopes optimum forma & *pulcherrimum* omnium sibi imperare voluerunt, quod ostendit B. LAMPIVS in Exercit. III. ad Psalmum XLV. §. 3. & Christum Regem a *formæ* præstantia commendari observat. Sauli Regis etiam procera corporis statura celebratur I. SAMVEL. IX. 2. De divitiarum, roboris &c. pretio in eligendo Rege videatur PASCHALIVS de Coronis lib. IX. cap. II.

^b Græculorum hæc est sententia, quorum derivationes absurdas sæpe reddit Hebrææ Linguae ignorantia. Evidentior vocis origo deprehenditur in voce Hebræa *טבש* *baculum & sceptrum* notante.

^c Cura & amor gregis Pastoribus incumbit, ut Regibus populi. Boni pastoris est tondere pecus non deglubere, ita officium Regis, amorem potius, quam metum subditorum mereri. Vid. de hac Regum cum Pastoribus convenientia Summus BOCHARTVS Hieroz. Parte I. lib. II. cap. XLIV. Pharnabazi principis nomen a *פּרנס* a *pascendo* dictum videtur. Et Christus populi suo sanguine redempti Rex ac Dominus sapius in scriptis divinis *pastor* vocatur, eidemque *pedum* pastorale tribuitur PSALMO XXIII. coll. MATTH. II, 6. quem locum ex Xenophonte illustrat Rev. RAPHELIVS, probatque *ποιμαίνειν* imperium Regium notare.

§. 7. Sceptra fuerunt rami oleæ, vel lauri vel alius cujusdam arboris, sed recti, non curvi. Ideo sceptra vocantur ἐνδοξήρια AESCHYLO. Et sceptrum rectum justitiæ symbolum est, & Regum officium est ἐνδοξίαν, monente HESIODO Ἐργ. καὶ ἡμ. v. 9. ^a

§. 8. Præter sceptra Thronis quoque, seu eminentioribus sellis aureis, argenteis, eburneis &c. ut regię dignitatis insignibus superbiverunt Reges. ^b Adde Coronas, quas ideo Horus Apollo imperii imaginem esse asserit, ^c & vestes regales. ^d

§. 9. Re-

- ^a Sceptrum, quod Regi Messię tribuitur, dicitur שֵׁבֶט מִשְׁרָה *sceptrum rectum*, ἐνδοξήριον PSALMO XLV, 7.
- ^b Vid. Cel. LAMPIVS Exercit. VI. ad Psal. XLV. §. 4. seq. Christo thronum dari a sacris scriptoribus, satis notum est. JES. VI. PSAL. CX. & aliis in locis. BYNAEVS in libro de natali Christi monet, in Oriente thronos Regum fuisse spatiosiores, ut plures simul insidere uni potuerint. Hinc Christus cum patre, nos cum Christo *throno eidem* insidere dicimur APOCAL. III, 21.
- ^c Regibus & sacerdotibus, & precantibus, & arte aliqua illustribus, & sponis, & convivis, & victoribus coronas olim datas ex PASCHALIO constat, & suo passim loco monebitur. Christo ut Regi corona datur *aurea* (כְּבוֹד) *gemmisque* distincta (קִרְרִי) PSALMO VIII, 6.
- ^d Reginus ornatus Josaphati & Achabi laudatur I. REG. XXII, 10. Salomonis in vestitu splendorem extollit Servator optimus MATTH. VI, 29. Herodis purpura celebratur ACTOR. XII, 21. vide laudatum modo Cel. LAMPIVM ad Psalmum XLV. Exercit. VII. §. 3.

§. 9. Regibus olim non belli solum & armorum cura, & legum custodia demandata fuit, sed & sacrorum administratio. Testis est CICERO de legibus lib. II. cujus hæc sunt verba: Apud veteres qui rerum potiebantur, & auguria tenebant, ut sapere, sic divinare regale ducebant. ^a

§. 10. Regia potestas Athenis valuit ad Codrum decimum & septimum & simul ultimum Atheniensem Regem. Abrogato post voluntariam Codri mortem imperio regio populus Archontas IX. elegit primo perpetuos, quibus solum nomen regium deesse videbatur, deinde decennales, & tandem annuos.

§. 11. Archontum cuique peculiare aliquod munus demandatum fuit. Primo, qui κατ' ἐξοχήν Archon vocatus est, quique Præfidis officio inter Collegas functus est, Bachanalia curanda fuerunt, & pupilli, & lites cognatorum. Alter,

H 3

qui

^a Rex Anius, Rex idem hominum Phæbique sacerdos dicitur VIRGILIO. Ἀσιόεχαι, Στεφανηφόροι, Πευτάδης & sacrorum & reipubl. curam habuerunt. Hebræi titulum Sacerdotum כהן non sacrorum solum ministris, sed & principibus tribuunt. In gente sacra tamen utramque & Regalem & Sacerdotalem dignitatem conjungere non licuit NUMER. III. & XVI. 2. CHRON. XXVI, 17. 21. Qui duplex honor soli Messæ & uni datur PSALMO CX, 4. ZACHAR. VI, 13. ut antitypo Melchisedeci, Regis Salem, & sacerdotis GENES. XIV, 18. Per Christum idem obtigit fidelibus. APOC. I, 5.

qui βασιλεύς dictus est, Eleusinia & graviora quædam crimina curavit. Tertii, qui Polemarchus appellatus est, munus fuit Sacris Dianæ & Martis præesse, lites peregrinorum judicare, & belli arbitrium habere. Reliquis adhæsit nomen Thesmothetarum, quorum officium fuit, tueri jura legesque, adulteria, contumelias, δωροφαγίαν &c. punire.

§. 12. Omnium in genere curæ creditæ fuerunt populi Conciones, ut, quoties necesse erat, populum convocarent, concioni præsiderent, & quæ alia huc pertinent. Sane ardua & difficillima Archontum fuerunt munia. Merito igitur prioribus tribus sex dati sunt assessores Gr. πάρεδροι, singulis bini, qui in obeundo tanto munere opem auxiliumque ferrent.

§. 13. Præter Archontas Solon constituit Senatum CCCC. virorum, quibus reipubl. salus credita fuit. Clisthenes numerum auxit ad D. Solon Prytanis elegit XL, Clisthenes L, Senatus præsides, quorum caput dictus est ὁ ἐπιστάτης. His denique additi fuerunt πρέεδροι IX. una cum Prytanibus Senatum dirigentes. ^a

CAPVT

^a Hæc breviter monere volui, ut aliqua Atticæ reipubl. imago sifteretur lectori. Qui scire plura desiderat, adeat POTTERVM, ex quo superiora excerpfi, Archæol. lib. I. cap. XI. Reliquorum magistratuum officia ex ipsis nominibus facile colliges.

CAPVT XIII.
DE CONCIONE.

§. I.

CONstitutata per Solonem republ. potestas leges ferendi, magistratus creandi, de bello & pace decernendi penes populum Atticum fuit. Idem Solon pro facultatum modo in IV. Classes universum civium numerum distribuit. Ditissimi dicti *πεντακοσίουέδιμοι*, modios quingentos possidentes, proximi his *ἱππεῖς*, tertii *ζευγίται*, ultimi *θηῆται* mercenarii fuerunt. Tribus quoque civium IV. fuerunt, quibus Clifthenes VI. addidit.

§. 2. Univerſus populus reipubl. causa congregatus *Ἐκκλησία* dicitur. Hæc duplicis fuit generis vel *κυρία* vel *σύγκλητος*. Illa ordinaria fuit Concio statis diebus, die nempe cujusque mensis primo, decimo & trigesimo per Prytanas indicta, hæc autem extraordinaria a Prytanibus vel Strategis convocata. Illa κατ' ἐμφασιν vocatur *ἐκκλησία*, hæc autem *κατ' ἐκκλησία*.^a

H 4

§.3. Lo-

^a Cætus fidelium ad res maximi momenti ipsam animæ salutem & augmenta regni Jesu Christi curanda, ad bellum infensissimis hostibus indicendum &c. convocatus sæpissime & communi nomine in sacris *Ἐκκλησία* vocatur, ut Hebræorum collectus populus *קהל*. Et extraordinarius quidem cætus, quo omnis olim non ex urbe Athenarum solum, sed & ex navibus, & agris

§. 3. Locus concionis fuit forum, vel $\sigma\nu\nu\lambda\acute{\epsilon}$ locus quidam petrosus, unde $\lambda\acute{\iota}\theta\omicron\nu\ \acute{\epsilon}\nu\ \tau\eta\ \pi\eta\nu\kappa\acute{\iota}$ memorat ARISTOPHANES in Pace v. 679. ^a Huc convocarunt populum Prytanes programma aliquod columnæ affigi curantes. ^b Tempus congressus fuit summum mane. Nam $\acute{\epsilon}\iota\omega\theta\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ $\acute{\epsilon}\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\acute{\iota}\alpha\varsigma$ vocat idem Comicus Acharn. v. 20.

§. 4. Proëdri & Prytanes, quorum officium fuit præfidere Concioni, serius advenerunt, quos per ludibrium $\mu\epsilon\sigma\sigma\eta\mu\acute{\epsilon}\tau\epsilon\rho\acute{\iota}\nu\epsilon\varsigma$ ideo appellat ARISTOPHANES Acharn. v. 40. His præsentibus mactare porcellum ad populum expiandum moris fuit, a quo sacrificio ipse locus concionis $\kappa\acute{\alpha}\theta\alpha\rho\iota\mu\alpha$ dictus est, teste Scholiaste ARISTOPHANIS l. c. v. 43.

§. 5. His

agris confluebat multitudo, Ecclesiam Novi Testamenti ob oculos ponit, quippe quæ & gentes extra civitatem Hebræorum degentes adesse jubet, ut loco Ecclesiæ appareat $\pi\alpha\tau\acute{\eta}\gamma\upsilon\tau\epsilon\iota\varsigma$ quædam.

^a Hæc scribenti incidunt in mentem verba suavissimi JESU MATTH. XVI, 18. $\acute{\epsilon}\pi\acute{\iota}\ \tau\alpha\upsilon\tau\eta\ \tau\eta\ \pi\acute{\epsilon}\tau\epsilon\rho\alpha\ \ (\pi\eta\nu\kappa\acute{\iota})\ \omicron\iota\mu\omicron\delta\omicron\mu\acute{\eta}\sigma\omega\ \mu\epsilon\ \tau\eta\ \acute{\epsilon}\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\acute{\iota}\alpha\iota$, in hac petra (petroso loco, Attico simili) *edificabo ecclesiam* five concionem *meam*.

^b Hinc scripta, quæ doctorum hominum concionem advocant, programmata dicere solemus. Ob programmata hujusmodi & leges columnis affixas Ecclesiam dici *columnam* $\sigma\acute{\upsilon}\lambda\omicron\nu\ \kappa\acute{\alpha}\ \acute{\iota}\delta\rho\acute{\alpha}\mu\alpha$ recepta est opinio, sed an fatis sit solida, dubito. I. TIM. III, 15. vide, quæ capite I. monuimus de hoc loco.

§. 5. His rite peractis Præco Gr. *κῆρυξ* silentium indicere, ^a Proedri vel Prytanes materiam deliberationis proponere consueverunt, facta omnibus sententiam dicendi copia, exclusis tamen junioribus, infamibus, peregrinis & mulieribus. ^b

§. 6. Illud prætereundum silentio non esse arbitror, quod narrat ARISTOPHANES in Ecclesiaz. in concione dicentem coronam suo imposuisse capiti, eumque, qui dixerat, proxime dicturo eandem tradidisse. ^c

H 5

§. 7. Se-

^a Nomen *κῆρυξ* a voce Syra *קריא* predicare descendere videtur. Honoratius autem Præconis munus fuit Athenis quam Romæ. Nec hominem flagitiosum ullum ad hoc munus admiserunt Græci, quod ex Aristide refert PASCHALIVS de Coronis lib. VI. cap. XI. Referunt igitur imaginem Præconum Evangelii, qui Ecclesiam convocant, & cum silentio in timore & tremore de salute deliberare jubent. Plura dicentur infra cap. XVIII. cum de officio Præconum in cultu sacro sermo erit.

^b Cecropis ætate mulieres ad consilia publica admittæ fuerunt. Lacones quoque interdum ad consilium adhibuerunt fæminas. Postea exclusæ concionibus fuerunt Athenis. Cicadæ fæmellæ mutæ sunt, solî mares sonori. Romæ quid monstri portendere credita mulier in foro causam dicens. Ergo *mulieres silent in Concione* seu ecclesia, jubente Apostolo I. COR. XIV, 34. & I. TIM. II, 12. Ad priorem locum præclare commentatur Ven. ELSNERVS.


^c Ex Aristophane notavit Car. PASCHALIVS lib. V. c. V.

§. 7. Senatus consultum *προβέλευμα* vocant Græci, decretum totius populi *ψήφισμα*, *δόγμα*, *νόμον*.^a Illius annua tantum fuit auctoritas, sine populi consensu, hoc autem per *χειροτονίαν* accedente, perpetua.

§. 8. Cujus fidei Decreta populi commissa fuerunt, idem, ne de rebus civitati noxiis populus suffragia ferret, providit. Græci eum vocant *Γραμματέα*, *Νομοφύλακα*, *Ἐπίσκοπον*.^b Inscriptæ fuerunt leges tabulis, nonnunquam & columnis.^c

§. 9. Po-

a *Ψηφίζεω* est eligere per *Ψήφους* five calculos, quod deinde in genere ad electionem per vota transfertur. *Συνκαταψηφίζεω una eligere* ACTOR. I, 26. *Δόγμα* decretum LUCÆ II, 1. *Ἔδοξε τῷ τῶν Ἀθηναίων δήμῳ* solennis fuit formula. Idem sensus est loco ACTOR. XV, 22. *ἔδοξε τῷ ἀγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν*. Leges dicuntur *γράφεσθαι*, unde *γράφειν* est *legem ferre*. MARCI XII, 19. monente ELSNERO. Et *γράμμα* *legem* ipsam significat 2. COR. III, 6. notante Cel. SCHELHORNIO in Bibl. Brem. Classe III. p. 777.

b Talis fuit *Γραμματέως* ille Ephesinus ACTOR. XIX, 35. Huc refer Judæorum *γραμματεῖς* Hebr.  quibus legis cura & oracula Dei *τὰ λόγια τῶ θεῶ* *leges Dei* creditæ. ROM. III, 2. *Ἐπίσκοπος* ille proprio nomine appellatus est, qui mores civium observabat, & ne legibus adversarentur, curabat. Conferri hujus munus potest cum ecclesiæ Episcopis. Cel. RAPHELIVS *ἡμέραν ἐπισκοπῆς* huc spectare arbitratur 1. PETR. II, 12. in Annot. Xenophont.

c De Columnis legum custodibus ALMELOVEENIVS Amœnit. p. 16. seqq. ubi loca scriptorum sacrorum, in quibus de legibus divinis in tabulas lapideas relatis, vel saxo inscriptis dicitur, confert. EXODI XXIV, 4. DEUTERON. XXVII, 2. 8. JOS. IV, 3. 9. HABAC. II, 2. PROV. VII, 1.

§. 9. Populus Atticus aliquoties Viro sapienti, gravi & iusto id negotii dedit, ut leges Reipubl. salutares scriberet, ne nimium invalesceret vitiorum seges. Talis fuit Draco, cujus leges tamen non admodum placuerunt populo Attico διὰ τὴν χαλεπότητα καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιζημιῶν, ob difficultatem legum ipsarum & pœnarum magnitudinem. ^a

§. 10. Abrogatis ergo mox severis Draconis legibus, mitiores sanxit Solon, & tales quidem, quales sapientia tanti viri, qui septem Græciæ sapientibus adnumeratus est, polliceri potuit. In his Solonis placitis non pauca reperiuntur, quibus cum divinis legibus aliqua intercedere videtur cognatio. ^b

CAPVT

^a Draconis leges non atramento, sed sanguine scriptas dicunt. Eum cum Stoicis peccatorum æqualitatem statuisse, similesque pœnas delictis gravioribus æque ac levioribus dictasse censet Ven. BVDDEVS in Hist. Ecclesiastica Tomo II. p. 728. Draconis legibus opponi possunt Placidissimi Servatoris placita MATTH. XI, 30. *cujus jugum suave, & onus leve.*

^b Pauca e medio seligere lubet. Necari fures vetuit Solon, *duplum* tamen restituere eos iussit, quod legi divinæ convenire videtur Exod. XXII, nisi quod sapientissimus Israëlitis legislator inter res furto ablatas prudentissimum discrimen observari jubet. Solon infamem eum haberi voluit, qui in seditione nulli parti se addiceret. His paria sanxit Christus MATTH. XII, 30. *Qui mecum non facit, hostis meus est.* Languentes in fide ac amore, & ita languentes, ut, quibus partibus additi sint, nescias, abominatur Servator APOC. III, 17.

De

CAPVT XIV.
DE JVDICIIS.

§. I.

Nunc de Legum vindicibus dicere paucis instituti requirit ratio, quod non Magistrui in genere, sed certis quibusdam Judicibus demandatum a populo Attico fuit. Non tamen omni judici omnem causam cognoscere & judicare licuit, sed distributæ inter judices fuerunt operæ. Præcipua judicum tribunalia Athenis tria hæc fuerunt: Areopagus, judicium Ephetarum, & Heliasticum.

§. 2. Præ reliquis magna fuit Areopagitarum auctoritas, quibus locus Judicii *Ἀρειοπαγος* nomen dedit, ubi Martem capitis causam dixisse perhibent, unde dictus Martis vicus. ^a Judices illi ex civibus piis, justis, probatis, auctoritate pollentibus, quales illi erant, qui Archontum munus gesserant, electi sunt. ^b

§. 3. Nu-

De lege Solonis, quæ sanxit, ut genere proximus orbam duceret, aut *D.* drachmarum dotem illi daret, simillima divinæ GENES. XXXVIII, 8. DEVT. XXV, 7. supra diximus. cap. VI.

^a Clariss. CLERICVS arbitratur originem nominis Areopagi esse Hebræam ex *עַרְפָּנָה* *mons incursonis vel cædis*, ad ACTOR. XVII, 19. De Dionysio Areopagita, quem hujus senatus membrum fuisse multi credunt, videatur SELDENVS de Synedriis lib. II. cap. IV.

^b Testatur ISOCRATES in Areopagitico hunc confesum Areopagitarum *πάντων ἐπιτάσσει διακρίειν τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις συνεδρίων* antecellere omnia merito Græcorum tribunalia.

§. 3. Numerus Areopagitarum non semper idem fuit, sæpe enim ad CCC. electi, sæpe plures, nonnunquam & pauciores. Idem tamen semper eorum munus fuit, nempe graviora crimina judicare, religionis curam gerere, & in mores civium, vitæque rationem sollicitè inquirere. ^a

§. 4. Tempus judicii non idem semper fuit. Ab initio, postquam a Cecrope vel Solone, ut alii volunt, institutum fuit hoc Tribunal, tribus ultimis cujusque mensis diebus ab Areopagitis & Archontum secundo (qui βασιλεύς dictus est) judicatum est. Sequiori deinde tempore quotidie fere exercuit Judicium Areopagus. ^b

§. 5. Forma judicii hæc fuit. Congregatis iudicibus, occupatoque Tribunali in cacumine Collis illius, quem Areopagum dixerunt, Præco silentium indixit populo, ut causam dicerent Actor Gr. ὁ δικάων, & Reus Gr. ὁ φεύγων. ^c

§. 6. Uter-

^a Socratem Atheismi & novæ alicujus religionis accusatum ab hostibus judicavit & ad cicutam bibendam damnavit Areopagus. Paulum quoque novorum Deorum (Christi & Ἀναστάσις) doctrina suspectum Areopago reddidit ACTOR. XVII, 19. Exemplâ hujus rei alia dabit Joh. SELDENVS de Synedriis lib. III. c. XIV.

^b Eodem fere tempore, quo Venerandus Areopagitarum confessus initium cepit, constitutos a Mose fuisse LXX. iudices vel Seniores, censet Cornelius a LAPIDE ad NUMER. XI, 16.

^c Actor MATTH. V, 25. vocatur ὁ Ἀντίδικος, eodemque nomine insignitur hostis humanæ salutis 2. PETRI V, 8.

§. 6. Uterque & Actor & Reus, antequam causam dicerent, sectis partibus mactatorum animalium capri & hirci & tauri insistentes jurare coacti sunt, & devovere diris non se ipsos solum, sed & liberos & domum, nisi vera loquerentur. Jurare & Judices necesse fuit per Furias seu *σεμνάς θεάς*, se juste judicaturos. ^a

§. 7. Constricti jurejurando & Actor & Reus vel per se, vel per Patronos causam dixerunt, & primo quidem Actor in lapide *ὑβρεως* contumeliæ, deinde Reus in lapide *ἀναιδείας* impudentiæ constitutus. ^b

§.8. La-

Vox Diaboli & Satanæ idem volunt. Hic sensus esse potest vocis *Σατανᾶ* 1. COR. V, 5. ut in genere adversarium, accusatorem significet, & incestuosum *παράδοχτα τῷ Σατανᾶ* sit cuiusvis volenti permittere, ut illum deserat ad judicem ad corporis quidem pœnam, spiritus vero vitam. Reus dicitur ὁ *φύλων*, quod effugere sententiam judicis damnatoriam & Actoris iram cupit & optat, quamvis non semper effugere possit. Ita Apostolus HEBR. II, 3. minatur: *πῶς ἐκφευζόμεθα, quomodo coram judicio divino sistendi damnationem evitabimus?* Et Christus MATTH. XXIII, 33. *πῶς φύθητε ἀπὸ τῆς κρισεως τῆς σεύνης, quomodo damnationem ad inferni pœnas effugietis?*

a Ex Demosthene Actoris & Rei Jusjurandum profert Jac. LYDIVS de Juramento cap. IV. p. 320. Idemque recte confert Hebræorum jurantium transitum per mactatorum animalium frustra. GENES. XV, 9. IO. 17. JEREM. XXXIV, 18. Quod mali servi *διχοτομίας* huc refert ex MATTHÆI XXIV, 51. id forte paucis placebit, vide, quæ monuimus capite V.

b In eodem hoc Areopago templum fuit turpissimorum Numinum *ὑβρεως καὶ ἀναιδείας*. Datur ergo Accusatori *ὑβρις*, unde *ὑβρίζειν* est non sine contumelia & violentia quem

§. 8. Lacedæmon nullos admisit Patronos, quæ severitas nocere justæ interdum causæ potuit, cum Actorem timor, Reum pudor a veritate abstrahere queat. Lenior Atheniensium fuit civitas, quæ Patronis uti concessit. Et Patronus quidem Actoris κατήγορος, Rei vero συνηγορος dicitur, ejusque merces συνηγορικόν. Qui inquilinos & peregrinos Athenis defenderunt, appellati sunt πρόσταται.^a

§. 9. Patronorum merces fuit Drachma, teste ARISTOPHANE in Vespis v. 689. quibus licuit binis orationibus causam Rei defendere, sed ἄνευ προοιμίας sine præloquio artibusque oratoriis, quod a præcone alta voce acclamatum Patrono.^b

§. 10. Au-

quem accusare ACTOR. XIV, 5. Et hoc sensu Paulus fatetur se fuisse ὑβριστὴν contumeliosum fidelium accusatorem. I. TIM. I, 13. Potest etiam vox ὑβριεως in Areopago molliorem induisse significationem sc. audacia & severitatis, cum Actori conveniat sine προσποληψία sine timore & metu vera crimina prodere, ut ἀνάδεικτος in Reo notare potest excussionem pudoris, qui confundere animum, & ne libere vincatur Adversarius, impedire solet.

^a De πρόσταταις consule Ven. ELSNERVM ad ROM. XVI, 2. ubi Phæbe laudatur ut πρόσταταις πολλῶν patrona peregrinorum, jubenturque Romani eidem ut peregrinæ opem ferre παραστήναι. Ex militia veteri deductum esse nomen πρόσταταις, παραστάταις & ἐπιστάταις facile patet, vide Caput IX.

^b Patronos litium instrumenta in sacculis recondita secum ad iudices tulisse, eumque morem indicari a

§. 10. Audita ergo utraque parte ad sententias ferendas sese accinxerunt iudices, sed sine voce, unde Proverbium enatum est: Ἀρεοπαγίτης σιωπηλότερος vel σεργανώτερος Areopagita taciturnior vel secretior. Calculis non voce sententiam tulerunt, quod facete iudici objicit ARISTOPHANES, quem, ne lapilli defint, littus aliquod domi alere cavillatur in Vespis v. 111.

§. 11. Sententiam absolutoriam laturo album, damnatoriam nigrum lapillum dederunt. Illum urna ænea ἐλέη seu misericordiæ, hunc lignea θανάτου seu mortis, ut Græci vocant, excepit. ²

§. 12. Si

JOB cap. XIV, 17. *obsigna in fasciculo vel sacco peccata mea*, arbitratur BOLDVCCIUS, citatus a Petro ZORNIO in Bibl. Antiq. p. 309.

Color lapillorum varius apud Romanos quoque eandem sententiarum varietatem manifestavit. Ita enim canit Poëta :

*Mos fuit antiquis niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpa.*

Calculus ergo albus absolutionem a peccatorum culpa notat APOCAL. II, 17. ubi notandum, vocem *νικῶν* indicare etiam absolutionem in iudicio. Confer ROM. III, 4. coll. PSALM. LI, 6. & adde APOC. V, 5. Significationem hanc vocis *νικῶν* profert & loca allegata exponit Joh. d' OUTREIN in Bibl. Brem. Class. IV. p. 609. seqq.

§. 12. Si calculorum alborum urnæ æræ immifforum inito numero major quantitas efferet, quam nigrorum in urna lignea, in tabula cerata brevior ducta est linea, fin contra, longior, unde ARISTOPHANES illudit judici nimis fevero lineam longam brevi præferenti, in Vespis v. 108. Si par numerus deprehenderetur, in urnam æream misericordiæ per Præconem injici calculum Minervæ necesse fuit, ut Reos potius tueretur quam opprimeret populus, quod docet idem Comicus v. 875. ibidem.

§. 13. Tribunal alterum fuit Ephetarum, ad quos a minoribus judiciis provocare integrum fuit. Hinc nomen Ephetæ ἀπὸ τῆ ἐφίεναι a provocando. Numerus Ephetarum minor fuit, quam Areopagitarum, cum illorum plures LI. non fuerint, nempe quini ex quavis tribu, quibus unus per sortem fuit additus. Pari tamen utrique feveritate in iudicio verfati sunt. Ut eo magis etiam prudentia & auctoritate valerent Ephetæ, infra annum L. nemo admiffus est. ^a

§. 14. In hoc foro olim cædes involuntaria judicata est. Distinguenda autem cædes incon-
I
ful-

^a Rerum ufus & fedati mentis Affectus requiruntur in iudice. Ideo Hebræorum iudices LXX. de quibus paulo ante dictum, feniores זקני dicti, quibus in ecclesia respondent οἱ πρεσβύτεροι. Et fenatus a fenio nomen invenit.

fulsa ^a a cæde illa, quam res inanimatæ vel ratione carentes patrarunt, cujus forum fuit ἐπι Πρυτανείῳ loco Vestæ Deæ sacratio, ubi perpetuo igne sacræ fulserunt lampades. ^b

§. 15. Tertium Tribunal Atticum fuit Heliasticum. Judices Heliastæ, quod sub dio in conspectu Solis confederunt, dicti. ^c Sorte designati fuerunt & eo quidem numero, quem causæ gravitas meruit. ^d

§. 16. Non licuit quenquam in iudicium vocare, nisi Thesmothetæ id permetterent, quod est εἰσαγγεῖν τὴν δίκην vel γαφὴν, causam introducere in forum apud ARISTOPHANEM in Vesp. v. 838. Iidem iudices, nisi stato tempore adessent, foro excludi & mercede carere iusserunt, ibidem v. 685. & 772.

§. 17. Im-

^a Homicidis involuntariis leges divinæ urbes refugii, velut asyla commendant. EXODI XXI, 12. 13. 14.

^b De Vesta perpetuoque illius Igne infra dicitur capite XVII.

^c Sub dio iudicare oportuit, ut essent memores celari veritatem non posse, sed præsentem esse Deum, qui, quæ nos gerimus, auditque & videt. Hebræi in portis urbium palam causas iudicarunt AMOS V, 15. Bithyni tribunalia in aprico esse voluerunt, imo & Romanis fuerunt iudicia subdialia.

^d Sortes sive lapillos educere ex Arca necesse fuit, & hosce lapillos convenire loco APOCAL. II, 17. censet Cl. ELSNERVS ad h. l.

§. 17. Impetrata a Thesmothetis venia, in jus per κληῖρα Reum vocavit Actor, actionem libello inscribens, qui ante evictam causam vocatur αἰτία, post ἐλεγχοῦ, denique ἀδίκημα post damnationem. ^a Hinc Actori nomen γραψαμένω inditum fuit, & accusationi nomen γραφῆς. ^b

§. 18. Ad actionem evitandam vel impetrandam dilationem variis artibus usos fuisse Reos, legimus. παραγραφήν vocant, cum legitimis testibus adductis probare Reus potuit, non esse eam δίκην εισαγωγίμων, quæ legibus salvis in forum introduci posset. Ἰπωμοσία dicitur, cum jurejurando confirmavit Reus, se ad defensionem paratum nondum esse. Denique Ἀναγραφὴ appellatur, cum accusatorem accusare accusatus ausus est.

§. 19. Judicium, in quo nulla exceptio locum habuit, Græci ἐν-δουδίαν nominant. Hic uterque & Actor & Reus certam pecuniæ summam deponere debuerunt, nempe πρῶτάνειαν dandam illi, qui causam matriculæ fori infereret, vel παραδάσιω sive drachmam in causis le-

I 2

viori-

^a MATTH. XXVII, 37. JOH. XVII, 38. αἰτία crimen Christo sanctissimo impactum significat.

^b Vocem προσγράψαι accusandi significatu gaudere, ut verbum simplex γράψαι in loco JVDÆ V. 4. putat Cel. ELSNERVS, ut προσεγραμμένοι εἰς τὸ τοῦ κῆρα, sint diu jam ante accusati ad damnationem.

vioribus & privatis deponendam, vel denique παρακαλεσθῆναι eorum, qui pro bonis fisco addictis intercesserunt. Ad solum Actorem pertinet ἐπωβελία multa ante solvenda, si forte accusationem adversario illatam probare haud posset.

§. 20. Necessè etiam fuit jurare Actorem ἀληθῆ κατηγορεῖν se vera crimina non ficta prolaturum, Reum contra μὴ ἀδικεῖν καὶ ἀληθῆ ἀπολογησάσθαι se nemini facturum injuriam, sed vera dicturum & responsurum. Jusjurandum Actoris est προσωμοσία, Rei ἀνωμοσία.

§. 21. Sic tandem ad causam dicendam admissi vel per se, vel per Patronos causam dixerunt, sed ad clepsydram, cui præerat ὁ Ἐφύδωρ, qui curavit, ut æquale cuique dicendi tempus concederetur. Attingit hunc morem ARISTOPHANES in Acharn. v. 684.

§. 22. Testes, si opus erat, non alii citati quam viri bonæ famæ, non servi, non mulieres, non impuberes, non mente capti. Testium oculatorum est μαρτυρία, auritorum ἐκμαρτυρία. Utrique jurejurando vera se testaturos promiserunt ad aras constituti. Testimonium recusanti irrogata fuit multa mille drachmarum. ^a

§. 23. De-

^a Apostoli Christi resurgentis testes non auriti sed oculati fuerunt μαρτυρες ACTOR. III, 15. I. JOHAN. I, 1. 2. 3. nec ullo argumento a testimonio dicendo removeri possunt, utpote ingenui, adulti, sana mente præditi &c.

§. 23. Denique ad suffragia per calculos ferenda deventum est, quibus vel absolventur vel damnantur rei. ^a Damnati vel τοῖς ἔνδεκα undecim viris traditi sunt ad mortem, vel ad multam tantum condemnati τῷ πρῶκτορι, qui & ὑπερέτης dicitur apud ARISTOPHANEM Acharnan. v. 98. commissi. ^b

§. 24. Judicata lite virgas judiciaræ potestatis indices deponere iudices oportuit. Merces laboris pro singulis causis tres oboli fuerunt, unde Heliastæ φράτορας τριωβόλος per contemptum vocat ARISTOPHANES Equit. v. 254. Munera interdum accesserunt, quæ recenset idem in Vesp. v. 674. ^c

I 3

CAPVT

^a Damnati ab ARTEMIDORO dicuntur κεραυνόμενοι fulmine tacti. Hinc loco difficili I. CORINTH. III, 15. lucem accendere conatur Alexander MORVS, qui verba αἰς διὰ πυρός reddit fere damnatus, in notis ad h. l.

^b Vox πρῶκτορος occurrit hoc sensu LVCAE XII, 58. Et ὑπηρέτης MATTH. V, 25.

^c Fuerunt præterea & alia tribunalia Athenis, sed minoris momenti. Decem numero fuisse primis decem literis notata tradit Scholiastes Aristophanis in Plut. vid. POTTERVS lib. II. cap. X. in hac materia diligentissime versatur.

DE POENIS ET SVPPPLICIIS.

§. 1.

LEgum nulla vis est, nisi pœnis coerceantur earum contemtores. Postquam ergo de legibus & de judiciis pauca monuimus, nunc Pœnas & Supplicia Græcorum breviter descripturi sumus.

§. 2. Pœnarum præcipuæ fuerunt *Ατιμία*, *Δεσμός*, *Φυγή* & *Όσρακισμός*. *Ατιμίας* & Infamiæ quidam gradus fuerunt. Infimus gradus fuit, referri inter *Θήτας* sive mercenarios, quorum ultimus inter cives locus fuit. ISOCRATES hos dicit *οφείλοντας τῷ δημοσίῳ* debitores ærarii, nempe bonis ipsorum ærario addictis in Panathenæico.

§. 3. Severior Ignominie pœna fuit, ubi quis concionibus interesse vetabatur & in ferendo suffragio jure civium uti. Et hæc *Ατιμία*, qua quis jure sacro & communi civitatis exuitur, interdum ad posteros quoque extendebatur. ^a

§. 4. Nonnunquam accesserunt stigmata Ignominie perpetua indicia, & Columnæ, quibus facinus commissum majusculis literis insculptum. Ipsæ columnæ illæ *σῆλαι* dicuntur, illi

Pœnam hanc cum Judæorum excommunicatione recte confert Joh. SELDENVS de Synedrüs lib. I. cap. X.

illi autem, quibus hæc pœna infligitur, *σηλίται*, & *λόγος* *σηλιτευσιμός* orationem investivam notat. Diras quoque columnis seu pilis inscriptas aliquando fuisse, quibus caput mali Civis devovit respubl. testis est CORN. NEPOS in Alcibiade cap. IV. ^a

§. 5. *Ἀτιμίαν* sequitur *Δεσμός* Carcer cum vinculis, cui præfuit ὁ *Δεσμοφύλαξ*, qui & *Βαστανιστής* dicitur. ^b Vinculorum tria præcipua genera fuerunt. Primum genus collum & cervicem noxiorum premit, quod *κλοιός* vocatur apud ARISTOPHANEM in Pluto v. 475. & 605. Alterum appellatur *ποδοκάκη* vel simpliciter *ξύλον* & *κᾶλον*, quo inserti damnatorum pedes constringuntur. ^c

I 4

§. 6. Am-

^a Opponuntur hæc columnæ statuis honoris causa positæ, de quibus cap. X. injecta mentio. Et sicut has deicere moris fuit, cum amori successit odium, venerationi contemptus, ita statuas seu pilas ignominia causa erectas sustulit populus, cum ipsum pœnituit severitatis nimia, quod ex Nepotis loco citato elucet. Columnam honoris, cui inscriptum Dei nomen, non egressurum ex Dei templo, piorum decus æternum, favorem Christi immutabilem esse promittitur APOC. III, 12. Fideles ipsi sunt columnæ firmæ nec loco unquam movendæ, similes Jachin & Boas, quod utrumque nomen firmitatem & robur indicat.

^b *Δεσμοφύλαξ* apparet ACTOR. XVI, 24. *Βαστανιστής* MATTH. XVIII, 34. ubi ex scriptoribus nominis hujus rationem exponit GROTIUS in notis.

^c Hujus generis est illud *ξύλον*, cujus mentio fit ACTOR.

RVM

§. 6. Ambobus durius & severius est tertium genus, quod ξύλον πέντεσύριγγον Græci appellant, habens πέντε σύριγγας quinque foramina, quibus collum, manusque & pedes Reorum ita constringi potuerunt, ut moveri artus non possent. Formam hujus Instrumenti depinxit Scholiastes ARISTOPHANIS in Equit. v. 1055.

§. 7. Gravis pœna est Ἀτιμία, gravior addita Ignominia Vincula, gravissima autem φυγή Exilium. Nihil dulcius est charitate Patriæ, nihil durius, quam patriæ adspectu carere. Nec patria solum, sed & bonis omnibus carere exul debuit. Nec ulla redeundi in patriam spes fuit, nisi idem Magistratus, qui expulerat, pulsus redire juberet.

§. 8. Lenivit aliquantum Exilii asperitatem ὄστρακισμός per testarum, quas ὄστρακα vocant, suffragia Reo illatus. Hæc enim pœna certum Exilii designavit locum, ubi per integrum quidem Decennium subsistendum fuit, sed tamen elapso hoc annorum spatio redire in patrios lares licuit, & opum ac bonorum possessione tranquille frui. Vides ergo, quod discrimen inter φυγήν & ὄστρακισμόν, quod diligenter notavit Scholiastes ARISTOPHANIS in Equit. v. 860.

§. 9. Honestior etiam Ostracismi causa fuit, quam Exilii. Hæc pœna fuit facinorosorum, illam

RVM l. c. quem locum interpretatur ex Antiquitate
CL. ELSNERVS, cui addi meretur socius Stephanus
le MOYNE in notis ad Varia S. p. 500.

illam pœnam, si modo pœna dicenda est, optimus quisque pati potuit, & Virtuti maxime deditus. Quoties enim quis famam aliquam, auctoritatem & decus sibi comparaverat, ut ejus potentiam metueret populus, per aliquod tempus removit e conspectu, & novas res molendi occasionem eripuit Ostracismus.

§. 10. Ad capitis supplicia pergimus, quæ extra urbem mortem intulerunt noxiis & damnatis. ^a Hinc PLAVTVS: Credo ego isthuc ex templo tibi

Esse eundum actutum extra urbem dis-
spellis manibus,
Patibulum cum habebis.

Hinc ad supplicium duci est ἀγασθαι & ἀπάγει-
σθαι. ^b

§. 11. Lacedæmon neminem interdiu capitali pœna affecisse dicitur, apud HERODOTVM lib. IV. c. CXLVI. a cæde humana alienos esse Magistratus animos significans. Ubi plures Athenis ad mortem ducendi essent, singulis
I 5 diebus

^a Jesum patientem milites abducunt ex urbe MARCI XV, 20. Passuros cum Christo decet ἐξέρχουσαι ἐξ τῆς παρεμβολῆς egredi castris. Habuit enim formam castrorum Israëlitarum urbs Hierosolyma. Tabernaculum respondet templo, tentoriis Levitarum mons templi, reliquis castris urbs ipsa. Idem ergo est egredi castris & urbe HEBR. XIII, 12. 13.

^b Herodes jussit custodes ἀπαχθῆναι ad supplicium ultimum abduci. ACTOR. XII, 19.

diebus singulos sortito educere Magistratus iussit, referente Scholiaste Comici in Pace. v. 363.

§. 12. Ad supplicia ipsa nunc accedimus, quorum primum & notissimum est suspendium, scdum mortis genus, quippe corvis cœnam parans, ut nugatur ARISTOPHANES. HOMERI jam ævo in usu fuisse hoc supplicii genus, constat ex illius Odysea lib. XXII. v. 465. ^a

§. 13. Lapidatio Gr. λιθοβολία olim adulterorum commune supplicium fuit, quod ex HOMERI Iliad. III. v. 57. supra notavimus. Malos Poëtas lapidibus, bonos floribus spargere solenne fuit, teste ATHENÆO. ^b

§. 14. Βά-

^a Filio immorigero pœnam hanc minatur SALOMON Proverb. XXX, 17. additque ערבי נחר Corvos in valle nidificantes ejus oculos effossuros, quem locum docte exponit BOCHARTVS in Hierozoico Parte II. lib. II. cap. X.

^b Ex Athenæo narrat Cæl. FABRICIUS Bibliographiæ Antiquariæ capite XV. §. 15. Judæos Prophetas lapidibus obruisse ex MATTH. XXIII, 37. discimus. Conveniunt Poëtæ Prophetis, utrique vates dicuntur, & Poëtici carminibus comprehensa fuerunt vaticinia imprimis Delphica & Sibyllina. Ut ergo Poëtæ malos, ita Prophetas malos h. e. mala & noxia Judæis præfagia canentes lapidandos putarunt.

§. 14. Βάραθρον locus fuit Athenis fœtidus & tenebrosus, uncis ferreis & acuminatis munitus, in quem magnis polluti sceleribus præcipitati fuerunt conficiendi vulneribus, fame & fœtore. Locum ipsum & supplicium delineavit Scholiastes ARISTOPHANIS ad Plutum v. 436.

§. 15. Nec ignotum Græcis fuit supplicium καταπονησµῆ Demersionis. Aqua enim expiare scelera creditur. Ut autem eo certior & citior mors sequeretur suffocandos, ὅταν κατεπόντην τινὰς, ἕαρος ἀπὸ τῶν τρεχέλων ἐκρέμων, cum quis ad supplicium demersionis esset damnatus, onus a cervice pendeat, quæ verba sunt Scholiastis in Comicum.^a

§. 16. Combustionis pœna rarior in Græcia fuit, rariora etiam supplicia alia enumerata ab ARISTOPHANE in Equit. v. 375. & Ran. v. 632. V. g. quando fontes palo affixi sunt (quæ communis hodie Turcarum pœna est,) vel excisa cultro struma &c.

CAPVT

^a An Hebræis hoc supplicium innotuerit, multi dubitant. Clarissima tamen Christi verba sunt MATTH. XVIII, 6. ubi de *Submersione* & onere e cervice dependente loquitur. Eandem indicari pœnam I. TIM. VI, 9. ubi cupiditates dicuntur βυθίζειν εἰς ὕδαθρον καὶ ἀπώλειον *submergere* & *perdere* cultores suos, iudicat Magnus GROTIVS.

DE RELIGIONE.

§. I.

INest omnium hominum animis a natura sensus aliquis supremi Numinis cum reverentia ac metu conjunctus. Hæc quasi rudera quædam & reliquiæ sunt Imaginis divinæ. Eo clarior autem hæc Divinitatis apparet persuasio, quo exulta magis bonis legibus artibusque gens est.

§. 2. Cum igitur præ aliis populis insigni sapientiæ fama celebrentur prisca Græciæ cives, non mirum est, ab his quoque agnitum esse Numen aliquod, quod rebus humanis provideat, mortalium veneratione ac cultu dignissimum. Hoc tamen miror, gentem sapientiæ laude adeo insignem tam pudendos in religionis negotio errores admittere potuisse. ^a

§. 3. Re-

^a Rationis debilitas & Revelationis divinæ necessitas vel inde patet, quod gentes sapientissimæ turpissimo modo a vera Dei cognitione rectoque cultu aberrarunt. Ægyptiorum veterum sapientiam certatim prædicant scriptores; Illos tamen fædissima Numina Crocodilos, allia & cepas coluisse ferunt. Constat hinc veritas dicti Paulini ROM. I, 22. *Φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμπαράδοσαν, Cum se sapientes putarent, ipso facto ostenderunt, se stultos esse tot commissis in religione erroribus, quos in sequentibus castigat Apostolus.*

§. 3. Religionem, quæ velut vinculis quibusdam nos Deo religat, Græci *Θρησκείαν* vocant a Thracibus, quibus Religionis præcepta debere Græci perhibentur. Orpheus, qui Theologiam Mythicam & Pœticam ^a Græciæ intulit, Thrax fuit. Alii Phoroneum Ægyptium, alii Cadmum Phœnicium sacrificiorum rationem, altarium structuram, templorum usum docuisse Græcos tradunt. ^b

§. 4. Observantissimæ præ aliis Græciæ urbibus Religionis fuerunt Athenæ, sive Deorum, festorum, templorum, altarium ac sacerdotum numerum spectes, sive rituum varietatem, sive ludorum pompam, sive mysteriorum sanctitatem. Merito igitur AELIANVS Var. Hist. lib. IV. cap. VI. Athenas communem Græciæ aram appellat. Et LVCIANVS testatur: *ἀπανταχῆ βωμὸς, ἢ θυσιάς, ἢ ναὸς, καὶ πανηγύρεις. Μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δὲ ἀνδρώπων ἀγοραί.*

^a Triplicem fuisse olim Theologiam *φυσικὴν*, scientiam rerum naturalium sub religionis specie occultantem, *πολιτικὴν* ejusque gentis & reipubl. statui accommodatam, & denique *μυθικὴν* sub fabularum involueris mysteria & dogmata Religionis occultantem & a vulgi sensu removentem, alii monuerunt. Theologiæ mythicæ auctores fuerunt Orpheus, Hesiodus, Homerus aliique.

^b Phœnicia Canaani vicina est. Multa ergo a Phœnicibus didicerunt Græci, quæ Hebræam sapiunt originem, attingenda in sequentibus. Vid. DICKINSONVS in Delphis Phœnicissantibus, quem tamen videre hæcenus datum non est.

ἀγορᾷ. Ubique Athenis altaria, aut sacrificia, & templa, & conventus sacros esse. Pleni Jove omnes vici, omniaque hominum fora. ^a

§. 5. Origo hujus rei quærenda vel in vana persuasione majoris felicitatis ex majore Religionis pompa colligendæ, vel in curiositate & rerum novarum studio, quod vitium familiare Græcis & imprimis Atheniensibus fuisse apparet ex THEOPHRASTI Ethicis Characteribus cap. IX. ^b

§. 6. Quicumque ergo Religionem Græcorum nosse desiderat, illum necesse est ante omnia objectum cultus sacri scire, quod varium in Græcia esse credebatur. Athenis largam Deorum segetem fuisse narrat Scholiastes ARISTOPHANIS in Nub. v. 304.

§. 7. Non defuerunt quidem, rejecta Deorum multitudine unum solum Deum sub variis nominibus colendum affirmantes, ut auctor libri de Mundo : θεὸς εἷς ὧν πολυώνυμος ἐστὶ, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πάντων, ἅτε αὐτὸς νεοχμεῖ, quæ verba SENECAE verbis respondent de beneficiis lib. IV. cap. VII. Tot appellationes Dei possunt esse, quot munera.

§. 8. Et

^a Idem confirmat Apostolus ACTOR. XVII, 16. urbem Athenarum nempe esse κατείδωλον idolis plenam, & v. 22. Athenarum cives esse δεισιδαιμονισίρας nimium superstitioni deditos præ aliis.

^b Scriptor ACTORVM cap. XVII. v. 21. depingit Athenienses ut cupidos λέγειν τι καὶ ἀκρίβειαν καυώτερον dicendi ποιεῖν & audiendi.

§. 8. Et Pelasgos, gentem Græciæ antiquissimam, sacra Diis fecisse nullo imposito iis nomine, auctor est HERODOTVS lib. II. cap. LII. unde patet Poëtarum licentiæ varietatem divinorum nominum tribuendam esse.

§. 9. Sed tamen vulgus credulum & superstitionis plenissimum tot Deos esse finxit, quot nomina fuerunt a Poëtis inventa, cum quibus & sapientes loqui solent. Universam autem Numinum turbam in tres præcipue classes ἐπερραίων cælestium, ἐπιχθονίων terrestrium, & ὑποχθονίων inferorum divisam fuisse novimus, ^a quorum tamen supremi & honoratissimi crediti sunt οἱ ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, superi, ut appellat HESIODUS, in quorum gratiam EVRIPIDES cælum vocat θεῶν ἔδος in Jone. v. 870. ^b

§. 10. Hæc prima Deorum divisio est. En aliam! Ex omni Deorum numero XII, non plu-

^a Tria hæc Deastrorum genera distinguuntur & cultu indigna judicantur EXODI XX, 4. in cælo, terra & sub terra.

^b Cum periphrasi Hesiodea convenit descriptio veri Dei PSALMO II, 4. יושב בשמים *habitans cælum*. Et ut EVRIPIDES cælum θεῶν ἔδος *Deorum sedem* appellat, ita JESAIAS cælum vocat *thronum Dei* cap. LXVI, I. coll. MATTH. V, 34. Idem Tragicus cælum dicit παλαιὸν εἶκον, id est, בית עולם ECCLES. XII, 5. observante SCHLICHTERO in Decimis S. Observ. II.

plures, titulo *Μεγάλων* & *Τελείων* ornati sunt, ^a quos singulari cultu maclarunt Græci per eorum nomina jurantes. ^b Comprehenduntur autem his versibus:

Δώδεκά ἐῖσι θεοὶ μεγάλοι, Ζεὺς, Ἥρα, Ποσειδῶν,

Δημήτηρ, Ἑρμῆς, Ἐστία, Κυλλισπόδιον.

Φοῖβος, Ἐνυελίος τ' Ἄρης, Πάλλας τ', Ἀφροδίτη,

Ἄρτεμις, ἐῖσι θεοὶ δώδεκα οἱ μεγάλοι.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus,
Mars,

Mercurius, Jovi, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

§. 11. Novum Deorum discrimen faciunt officia varia ab hominibus illis adsignata. Singuli enim Dii singulis urbibus ac gentibus, imo & corporis humani membris præesse putabantur. Junoni Sparta, Palladi Athenæ, Veneri Cyprus, Paphus &c. Apollini Delus curæ fuit, si vera feruntur. Hi Dii tutelares, *τοπικοί*, *ἐγχώριοι* dicti. ^c

§. 12. Cor-

^a *Μέγας* θεός dicitur filius Dei TIT. II, 13. ubi ad Deos Cabiros respici putat HAMMONDVS ad h. l. Diana *Μεγάλη* ACTOR. XIX, 27. vocatur, quem titulum explicat VEN. ELSNERVS, & proprium Dianæ Diisque majorum gentium esse probat. *Τελείς* encomium summo Deo datur MATTH. V, 48. quem locum illustrat idem ELSNERVS.

^b Procul esse jubet hanc Superstitionem JESAIAS, & per unum verum Deum jurandum docet cap. XLV, 23.

^c Verus Deus se tutelarem Abrahami profitetur & Isaaci & Jacobi EXOD. III. Israelis EXOD. XX. fidelium Novi Testamenti 2. CORINTH. VI, 16.

§. 12. Corporis membra inter Deos ita distributa dicuntur, ut caput Jovi, Junoni supercilia, pectus Neptuno, Marti cingulum, digiti Minervæ fuerint sacra, & quæ alia sunt hujus generis. ^a

§. 13. Sexus discrimen, quod Græculi posuerunt, ex nominibus ipsis elucet. Primi Theologiæ mythicæ inventores vim divinam generandi rebus naturalibus inditam hoc modo indicare voluerunt. Hinc Bachum, Vulcanum, Jovem, Venerem, Lunam &c. communis esse sexus tradiderunt. ^b

§. 14. Sed non solum distingui vario modo possunt Græcorum Dii, verum etiam conjungi & ad pauciores revocari. Jovem & Plutonium solo nomine inter se differre, unumque Deum significare, inde patet, quod Græci Plutonium vocant *Δία*, Latini Jovem Stygium. Conveniunt etiam Juno & Proserpina sive Hecate, & Diana, & Venus. ^c

K

§. 15. Li-

^a Ingentem Catalogum variarum rerum variorum Deorum curæ commissarum contexit Andr. BEIERS in additamentis ad Seldeni prolegomena de Diis Syris cap. XVIII.

^b Consuli meretur Clariss. MILLIUS, Diss. IX. §. 36. sqq. qui docet, eam ob causam Veneri a viris & fœminis habitu permutato supplicatum fuisse contra legem divinam DEUTERON. XXII, 5. Idemque monet nomen Baal utriusque generis esse in Sacris annalibus.

^c Deas omnes ad unam Lunam posse referri observat CUPERVS in Harpocrate, quem citat MILLIUS Dissertatione IV. §. 9.

§. 15. Licet ergo Deos omnes in uno Jove, cunctasque Deas in una Pallade quærere. Mundi causam & Rectorem Jovem *σεῖ Δία* dixerunt, eamque, qua cuncta producit & regit, sapientiam Pallada. Itaque de Diis Græcorum præcipuis ita sumus dicturi, ut primum Jovem ac Pallada, deinde Deos Deasque unius Jovis opera ac munera exprimentes, postremo genios ac heroas, in Deorum numerum ob virtutem & merita relatos recenseamus, cuncta summa brevitate complexuri.

CAPVT XVII.
DE DIIS.

SECTIO I.
DE JOVE ET PALLADE.

§. I.

Primus in ordine Deorum est Jupiter, qui sæpe in precibus reliquorum Deorum numero exemptus & singulari nomine compellatus apparet, ut *ζεῦ καὶ θεοὶ!* apud LVCIANVM aliosque scriptores. Græcum Jovis nomen a vita dictum, *Ζεὺς ἀπὸ ζωῆς* v. a

§. 2. Jo-

a Primarium divinæ essentiae attributum, quo reliqua continentur omnia, est vita perfectissima. Hinc Deus verus dicitur *θεὸς ζῶν*, *Deus vivens* I. THESSAL. I, 9. I. TIM. III, 15. & alibi. Ipsum nomen Dei & *θεὸς* est a voce *Ζεὺς*, pro quo Æoles habent *θεὸς*. Nec audiendi, qui ab Hebræo *יְהוָה* *sufficiens*, vel Græco *δία* *curro*,
pono,

§. 2. Jovis in reliquam Deorum turbam imperium ex titulis, quos Jovi dare placuit, elucet. Vocatur enim *παντοκράτωρ*, *ὑψιστος*, *μέγιστος*, supremus, altissimus, maximus, ut apud CALLIMACHVM in JOV. v. 91. Cecrops Athenarum conditor, teste PAUSANIA, primus Jovem salutavit *ὑπαλον*, id est, summum *ὑπερέλαον*.^a Idem *Ζεὺς βασιλεὺς* dicitur apud ARRIANVM *Ἀναβ.* five de Expeditione Alex. M. lib. II. cap. III. & *ἀναξ* apud CALLIMACHVM l. c. v. 3. Athenienses oraculi jussu monitos fuisse, ut nullum Regem alium præter Jovem admitterent, narrat Scholiastes ARISTOPHANIS *Nub.* v. 2.^b

K 2

§. 3. Jo-

pono, quod olim astra divino honore culta fuerunt, vel quod Deus ponit omnia, vel a vocabulo *θεός* *timor*, nomen Dei deducere tentant. Non in se solum vitam habet beatissimam Deus, sed & rebus aliis *vitam* largitur ACT. XVII, 27. Syros coluisse *Δία ἰόντα* testatur LUCIANVS de Dea Syria, quod videntur a finitimis Hebræis didicisse Syri. Jehovah ab *יהוה* esse, *Κύριος* a *Κύρω* sum, quid aliud indicant quam *Δία ἰόντα*? In Deo autem esse nil est aliud quam *vivere*, cum Deus existere sine vita nequeat.

^a Verus Deus appellatur *אלהים עליון* Deus summus. GENES. XIV, 18. *אלהים סרום* Deus altitudinis id est altissimus MICHAË VI, 6. *ὑψιστος* MARCI V, 7. LVCAE I, 32. ACTOR. VII, 43. &c.

^b Habuit ergo aliquam Theocratiae speciem republ. Atheniensis, imitante republ. Judaicam oraculo, de qua dictum cap. XII.

§. 3. Jovem Saturno patre (hinc Κροβίδης & Κροβίων vocatur,) & Rhea matre in Creta natum fuisse dicunt. Corybantes Cybeles sacerdotes lacte & melle nutritivisse puerulum fabulatur CALLIMACHVS in Jov. v. 49. 50. ^a Eundem cum Junone inter Euphraten & Tigrin nuptias celebrasse refert AELIANVS de Animal. lib. XII. cap. XIII. ^b

§. 4. In Creta quoque Jovem diem obiisse supremum narrant, ejusque sepulchrum ostendunt scriptores. Verum hæc ad Regem aliquem Cretensem forte pertinent. Deo Jovi alia plane tribuit ARISTIDES in hymno in Jovem: πρώτος ἐποίησεν ἑαυτὸν ἀθάνατος primus sui ipsius auctor est, ergo nunquam genitus, nec in Creta. Et CALLIMACHVS v. 9. testatur: σὺ δ' ἔθ' θάνατος, ἔσσι γὰρ αἰεὶ non mortuus es, semper enim permanes. ^c

§. 5. Ei-

^a Mel cum lacte fuisse infantum in Græcia cibum, notavimus supra cap. I. Forfan fabulæ originem dedit abundantia mellis & lactis in Canaane. Corybantum nomen in genere Sacerdotum officium denotare a קרב appropinquare observat Jacobus HASAEVS in Bibl. Brem. Class. I. p. 299.

^b Debeo hunc locum Illustri SPANHEMIO in Comm. ad princ. hymni Callimachiani in Pall. Nolui autem locum hunc præterire, quia confirmat opinionem eorum, qui situm Paradisi Tigrin inter atque Euphraten quæfunt, in quo primi hominis nuptiæ, quas sine dubio fabulosæ illæ nuptiæ respiciunt, fuerunt celebratæ.

^c De vero Deo paria habent Sacri scriptores. DANIELIS VII, 9. Deus vocatur עתיד ימים permanens dierum I. TIM. VI, 16. μόνος ἔχει ἀθανάσιαν solus immortalitatem possidens.

§. 5. Eidem Jovi ea adesse fatentur scriptores Græci, quæ vero Deo adesse necesse est. Providentiam omnisciam agnoscit ARISTOPHANES Acharn. v. 425. ὦ ζεῦ δίοπτα καὶ κατόπτα πανταχῆ. O Jupiter, qui perspicis & respicis omnia. ^a Omnipotentiam AESCHYLVS supplic. v. 606. πάρεσι δ' ἔργον ὡς ἔπος, adest factum ut dictum. ^b Justitiam idem v. 408. ibidem: νέμων εἰκότως ἀδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις tribuens *juste mala malis, bona bonis*. Non tollit tamen hanc justitiam opum inæqualis distributio, cum Deus largitur ὅπως ἐθέλησεν ἐκάστῳ cuique pro lubitu; quæ verba sunt HOMERI Odyss. lib. VI. v. 189. ^c

§. 6. Justitiam varia ratione exercet Jupiter pro re nata. Hinc varia Jovi dantur nomina. Cum pejerantes punit ὄρκιος, cum tuetur supplices ἰκέσιος, ^d cum violata hospitii

K 3 jura


^a Elegans est dictum Poëtæ illius, quem citat SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Jov. v. 82. ἔχ' ἴδει Διὸς ὄφθαλμὸς, non dormit Jovis oculus. Non multum differunt verba Psaltis PSALMO CXXI, 4. non dormitat, multo minus dormit custos Israël.

^b Convenit hoc Poëtæ cum verbis PSALMI XXXIII, 9. Ille jubet, & adivit, ille præcipit, & adstabit.

^c Καθὼς βέλῃται pro arbitrio I. CORINTH. XII, II. PSALMO CXV, 3.

^d Ἰκέτας supplici prece ad se accedentes recipit & metur Deus. PSALMO LI, 19. JESA LXVI, 2. JOHAN. VI, 37. Venientem ad me nequaquam expellam foras.

jura vindicat & peregrinos tuetur, *ξένιος*, ^a cum gentem suæ tutelæ commendatam asserit *ὁμογενεός*, ^b cum denique amicitiam suadet & fovet *φίλιος* & *ἑταίρειος* vocatur. ^c

§. 7. Idem Jupiter *Ἀγοραῖος*  dicitur apud ARISTOPHANEM *Equit.* v. 417. fori judicia regens. Et *Ἐρκείος* fines agrorum defendens apud ARRIANVM *Αναβ.* lib. I. cap. XI. Quod ob naturæ excellentiam excelsa locorum amare putabatur, *Ἀκραιός*, ^d quod veritatem justitiæ sororem amat & tutatur, *Φιλαλήθης* nuncupatur. ^e

§. 8. Jovi

^a DEUS vocatur *amicus peregrinorum* **גַּר הַכֶּבֶד** DEUTERON. X, 18.

^b DEUS stante Veteris Testamenti œconomia speciem *Ὁμογενεός* induerat, favorem soli Judæorum populo missis cæteris addicens. EXODI III, 15. PSALMO CXLVII, 20.

^c Sacri scriptores verum Deum ob oculos nobis ponunt non solum ut *φίλιος* & *ἑταίρειος*, sed etiam ut *amorem ipsam*. *Ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστίν*, inquit JOHANNES Ep. I. cap. IV, 8.

^d Nomen *ἀκραιός* convenire cum **אֱלֹהֵי מַעְיָן** Deo arcium DANIELIS XI, 38. censet SPONIVS apud ZORNIVM *Bibl.* p. 222.

^e Nomen hoc Jovis *φιλαλήθης* conspicitur in numis Laodicensium. Ideo verus Deus Laodicensibus commendatur ut *ἀληθινός*. APOCAL. III, 14. notante Clariss. ZORNIO *Bibl.* p. 54.

§. 8. Jovi bona omnia, Plutoni mala deberi Græci putarunt. ^a Eam ob causam Jovem appellarunt ἀλεξήτηριον, ἀποτροπαῖον & σωτήρα, averruncum, depulsorem, liberatorem, quod mala averteret. ^b Contra βελαῖον quod recta consilia animis inspirat, ἀποβαήριον, quod felicem navigationem largitur, eundem nominarunt. Nec memorare omnia Jovis nomina licet.

§. 9. Quæ hætenus de Jove tradiderunt Græculi, non adeo abeunt a veri Dei natura & attributis. Alia tamen inveniuntur Jovis sapientia, justitia, & veritate indigna, quæ partim ad Regem quendam illustrem sed minus castum referenda sunt, partim alium quendam sensum patiuntur. Prioris generis sunt adulteria, furta, perjuria & id genus alia; Quæ ad posteriorem classem pertinent, partim explicationem admittunt historicam, partim physicam.

K 4

§. 10. Ex

^a Distinguitur Jupiter a Plutone, ut Deus bonus ὁ ἀγαθὸς a Satana, qui est ὁ πονηρός. Deus amore piorum ductus mala, quæcunque accidunt vel adsunt, reddit bona, & prodesse jubet. Satanas odio hominum flagrans ex bonis facere mala nititur, iisque abuti ad hominum interitum. Absit tamen Manichæismus, absit duplex principium æquis viribus pollens. Osiris & Typhon Ægyptiorum, Orimasdes & Arcimanius Chaldæorum, Joves & Vejoves Romanorum.

^b Jovem Σωτήρα memorat ARISTOPHANES Plut. v. 1191. ut Θεὸς σωτῆρ 1. TIM. II, 3. IV, 10. & alibi.

§. 10. Ex Historia sacra explicare licet, quæ de Jovis cum Titanibus pugna, de diviso per sortem cum fratribus regno, de Promethei furto narrantur. Nam conditores turris Babylonicae sub gigantum nomine latere videntur, qui monti montem, id est, ingentia saxis taxa imposuerunt cælo minitantiæ turris culmina molientes. Juvit in hoc certamine Jovem pugnantem Pallas, id est, sapientia divina divisus conditorum linguis consilium eorum irritum reddens.

§. 11. Saturni tres filii Jupiter, Neptunus & Pluto totidem Noachi filios ob oculos ponere videntur. Jupiter, cui cæli imperium cessit, Chamo respondet, cui calidissima & cælo maxime exposita terræ regio, Ægyptus & Africa placuit. Japheto, cujus posterii insulas tenuerunt, Neptunus maris Dominus; Semo denique, qui ditissimas Asiæ regiones habitavit, Pluto latitantium in tenebrosis terræ cavernis opum possessor. ^a

§. 12. Pro-

^a Jupiter Rex cæli creditur, & *cælum* pro Jove positum sæpe invenies. Ita Judæi שמי שמי in nomine cæli, id est, Dei. Et filius ille prodigus ad sanio-rem mentem reversus factus est, se peccasse אֵלֵי יְהוָה in Deum. LUCÆ XV, 21. Hoc sensu Judæi per *Cælum* jurarunt, id est, per *Deum*. MATTH. V, 34. quod Christus ideo vetat fieri, quod cælum non est ipse Deus sed *thronus tantum Dei*. Jovem ipsum esse

Cha-

§. 12. Promethei furtum, qui ex variis animalium partibus hominem effinxit, ignemque ei inferendum cœlo abstulit, lapsum primi hominis indicare videtur, cujus suavor fuit Satanas, callidissimus salutis nostræ hostis, ex felicitatis apice infra animalium sortem Adamum deturbans. Tulit suam invida hæc malitia mercedem, cum Deus tenebrarum vinculis non Caucasus, sed inferno ipsi alligaret auctorem. Reliqua dabunt mythologi. ^a

§. 13. Jovis multa recensentur ab historicis, quæ Physice exponere licet, & facili quidem negotio, si cogites, sub nomine Jovis ærem vel cœlum sæpe proponi, quoniam cœlum Jovis sedem esse, & datum sortito regnum putarunt. Hinc Jovi dantur nomina *vs* $\Phi\epsilon\lambda\eta\gamma\epsilon\gamma\epsilon\tau\alpha$ apud HOMERVM Iliad. I. v. 526. $\upsilon\psi\epsilon\gamma\epsilon\mu\epsilon\tau\alpha$ apud HESIODVM v. 8. $\text{E}\gamma\gamma. \text{C} \text{H}\mu. \text{K}\epsilon\pi\alpha\upsilon\upsilon\omicron\beta\epsilon\gamma\omicron\upsilon\tau\alpha$ apud ARISTOPHANEM in Pac. v. 375. coactoris nubium, altitonantis, fulminatoris & id genus alia. ^b

K 5

§. 14. Quam-

Chamum apud Historicos ex nomine Jovis Hammonis constat. Imo etiam ex illusione nudi patris, quam commisit Chamus, orta est fabula castrati a Jove Saturni. Ita vera obscuris involvit antiquitas.

^a Fabulas Deorum cum historia Sacra passim conferre laboravit Petrus Daniel HUVETIUS in Demonstratione Evangelica. Idem institutum est LAVAVRE, qui nuper edidit Collationem fabularum cum historia Sacra.

^b Nomen Jovis $\kappa\alpha\tau\alpha\beta\acute{\alpha}\tau\alpha$ ad descendentem cum fulminum ignibus, & murmure tonitruum in montem Sinai

Deum

§. 14. Quamvis nihil majus generetur Jove, proximos illi tamen occupavit Pallas honores, ut canit HORATIVS lib. I. od. XII. Indicatur autem Palladis nomine, quæ Græcis & Ἀθήνη vocatur, sapientia divina, quod nominum origo docet. ^a

§. 15. Quæcunque etiam de Pallade narrant fabulæ, sapientiæ divinæ recte accommodari possunt. Nam Palladis ex cerebro divino generatæ origo, quid aliud, quam cæleste & divinum veræ sapientiæ principium pandit? Notatu digna sunt CALLIMACHI verba in hymno in Pall. v. 134. Μήτηρ δ' ἔστις ἔτιμ' ἑσάν, ἀλλὰ Διὸς κορυφή. Mater Deam nulla genuit, sed Jovis vertex. ^b

§. 16. Quem-

Deum legislatorem non male refert GVRTLERVS in Origin. lib. I. cap. XVI, 23. Confer Dissertationem doctissimam Petri EYRMANNI, & Petrum ZORNIVM in Bibl. p. 52. Jovis *ἰεῖς* pluvii nomen animo occurrit, cum Apostolus ACTOR. XIV, 17. testatur non Jovem, (quem in Barnaba se invenisse putarunt Lystrenses) sed Deum dare *ἰεῖς* pluviam.

^a Palladis nomen dictum videtur ex Hebræo פִּלְסָה *ponderare*, quod sapientiæ officium est rerum pondera trutinare. Vox Ἀθήνη derivari potest ex vocabulo Πῆνη *fortitudo*, quod in sapientia satis est roboris ad se tuendum fortiter. Conveniunt hæc nomina æternæ Sapientiæ; de qua PROVERB. VIII. & IX. MATTH. XI. & alibi, nempe Christo, in quo *Spiritus consilii & roboris* JESA. XI, 2.

^b Sic hæc ad æternam DEI sapientiam referri possunt, Christum sc. qui a patre ab æterno genitus PROV. VIII, 22. ἀμήτωρ *matre carens* dicitur HEBR. VII, 3.

§. 16. Quemadmodum vero ipsa Pallas origine terrestri caret, ita eadem origo rerum omnium esse dicitur. Huc facit inscriptio templi Minervæ, quam PLVTARCHVS reliquit: *Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονός, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον.* Ego sum quod fuit, quod est, & quod futurum est. ^a

§. 17. Eadem perpetuam tueri virginitatem perhibetur, quæ cælestem & purissimam originem decet. Communis hæc & certa apud omnes fuit opinio, eamque ob rationem virgines hostias illi mactare, speculo in ejus imagine ornanda abstinere, & statuas oleo puro, non odoriferis varii generis unguentis, perfundere fas esse duxerunt. ^b

§. 18. Mi-

^a De λόγῳ sive Ratione divina, ut vertit Clerius, JOHANNES testatur cap. I, 3. *πάντα δι' αὐτῆ ἐγένετο.* Per ipsum omnia facta. Cum inscriptione illa, quam ex Plutarcho dedimus, convenit illud APOCAL. I, 8. *Ἐγώ εἰμι ὁ ὢν, καὶ ἔς ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.* ego sum, qui est, qui fuit, & qui erit, Jehovah, quod nomen trium temporum characteres prodit.

^b Ritus hosce in cultu Minervæ observatos notavit BARTHIVS ad Statii Thebaida lib. II. v. 724. Convenit hæc virginæ puritatis opinio, quam de Pallade foverunt veteres, cum cælestis Sapientiæ encomio, quod exhibet JACOBVS Apostolus cap. III, 17. *ἢ ἠνωθεν σοφία πρῶτον, μὲν ἀγνή ἐστὶ, sapientia cælitus genita primo*

§. 18. Minervam παλῶϊα πάντα φέρεσθαι cum parente seu Jove cuncta habere communia, testatur CALLIMACHVS in hymno in Pall. v. 131. ^a Imo federe eam ad Jovis dextram tradiderunt alii. ^b

§. 19. Eidem omnium artium inventio tribuitur. Hinc titulorum ornamenta. Hinc Ἐργάνης, εὐρεσίτεχνου, δαίφρων dicitur. Et urbium struendarum ac custodiendarum scientia datur Minervæ, quod loquuntur dicatæ ejus honori statuae in portis urbium collocatæ. Idem probant nomina Ἀκράϊας, πυλῆϊας, πολιέχου & κληδέχου arcium urbiumque præsidis, & clavigeræ. ^c

§. 20. De-

primo quidem casta est. Nempe Christus, omnis sapientiæ fons, omnis impuritatis expers est, ad ejusque exemplum conformandi, quicumque ejus beatissima communione per fidem & amorem frui cupiunt. ΑΡΟC. XIV, 4.

- ^a Conveniunt fere phrasæ Paulinæ ἐν μορφῇ θεῶν ὑπάραχθαι, & εἶναι ἰσοῦ θεῶν quæ sapientiæ æternæ conveniunt encomia PHILIPP. II, 6. Conferri etiam meretur locus JOH. V, 19. & erudita Jac. ELSNERI in eundem observatio.
- ^b Testes idoneos affert Ill. SPANHEMIVS ad Callimachi Apoll. v. 29. De Christo idem merito affirmari, res est notissima. Obvia sunt loca ΜΑΤΤΗ. XXVI, 64. ROM. VIII, 34. HEBR. I, 3.
- ^c Testis est SPANHEMIVS in eruditissimo Commentario in Callimachum, in hymno in Pall. v. 53. Claves imperium

§. 20. Denique eidem Minervæ omnia fere bona accepta ferunt veteres. Nam appellatur φωσφόρος Θ , σάτρα, lucifera, servatrix, victrix, pacifera, fatidica, & quid non? quæ omnia ad divinæ sapientiæ munera referri possunt. ^a

SECTIO

rium notare ex ARTEMIDORO Oneirocritices lib. III. cap. LV. constat, & ex loco JESAIÆ XXII, 22. ubi Deus promittit se Eliakimo daturum *claves domus David*. Confer MATTH. XVI, 19. Minervæ ergo cum claves urbis committuntur, imperium & presidium creditur. Idem de filio Dei traditur APOCAL. I, 18. sc. *claves ei creditas inferorum & mortis esse*. Idem omnis salutaris scientiæ auctor PROVERB. VIII, 5. Idem & conditor domus spiritualis, ecclesiæ suæ PROVERB. IX, 1. MATTH. XVI, 18. idem denique in *portis urbis*, cœlestis Hierosolymæ, ecclesiæ suæ auditur PROV. VIII, 3.

^a Hæc encomia, quæ recenset SPANHEMIVS in Commentario ad Callimachi hymnum in Pall. v. 98. & 115. ad Christum rursus referri possunt. Si Minerva σάτρα est, Christus σάτης, si illa φωσφόρος, hic lux hominum JOH. I, 4. 9. & φωσφόρος 2. PETR. I, 19. Si illa victrix, hic victor, GEN. III, 15. COL. I, 20. II, 15. Hebr. II, 14. Victoria Palladis de Gorgone, cujus caput crinium loco *serpentibus* cinctum fuit, reportata, de victo per Christum *serpente* cogitare jubet. De Minerva *fatidica* lege, si placet, citatum III. SPANHEMIVM l. c. v. 121. quem titulum ad Christum applicare facile est, utpote qui per Prophetas *vaticinia* edidit JESA. XLII, 9. I. PETR. III, 19.

SECTIO II.

DE DIIS ALIIS.

§. I.

PRæter Jovem ejusque sapientiam, alia quoque Numina coluerunt Græci, divinæ sapientiæ opera ac munera. Quicquid enim in rerum natura admiratione dignum visum est, id divino statim honore affecerunt Græci, quamvis φύσει μὴ ὄντα θεόν. ^a

§. 2. Ut cælum sub nomine Jovis, ita aërem ac nubes sub titulo Junonis adoraverunt. Nam ipsum Ἥρας nomen per metathesin Ἄερα aërem notat. Nec aliam ob causam illa uxor Jovis & cæli Regina vocatur, quam quod nubes ita cælo adsint, ut uxor mariti complexibus. ^b

§. 3. Aër

^a Hæc mens est Apostoli. GALAT. IV, 8. μὴ φύσει ὄντας θεοί, sunt res creatæ. Hoc extremæ est dementiæ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, creatæ colere præter ἔξ juxta creatorem, eodem honore. ROM. I, 25.

^b Juno apud HOMERVM II. I. v. ult. χρυσόθρονος aureo insidens solio vocatur, ut cæli Regina. Eadem est מלכת השמים JEREM. VII, 18. Nihil enim impedit, quo minus eodem nomine & Lunam & Junonem dici putes, cum Junonem, Uraniam, Astartem, Lunam idem notare nimen probet SELDENVS de Diis Syris Syntagmate II. cap. II. & HVETIVS Deas omnes ad unam Junonem revocare non dubitet in Demonstratione Evangelica Propositione IV. cap. X. §. 3.

§. 3. Aër fecunditatem stirpium, plantarum ac feminum promovet. Eam ob causam Juno præesse partui creditur, & Φωσφόρος^a vel Τελεία dicitur.^b Ideo velata quoque in numis apparet.

§. 4. Argi, quæ urbs præ aliis Junoni chara fuit, ludos in honorem Dearum Reginae instituerunt Ἡραιῖς, in quibus clypeus cum corona victoriæ fuit præmium.^c

§. 5. Junonem, quæ aëris exhibuit imaginem, excipiant suspensa in cælo lumina Sol & Luna. Ille Phœbi, hæc Dianæ nomine designatur. Illi quadrigas, huic bigas consecraverunt ob lucis ac splendoris differentiam.^d

§. 6. Phœ-

a De his Junonis nominibus, ejusdemque velata effigie consulendus est SPANHEMVS in Comment. ad Callimachi hymnum in Dian. v. 164.

b Dii majorum gentium τέλειοι dicuntur, ut capite præmonuimus. Juno non hoc solum nomine titulum hunc meretur, sed etiam quod illi curæ fuerunt τέλειοι γάμοι.

c Fuit ergo clypeus merces virtutis, ut Panoplia, de qua supra capite X. Clypeus salutis, id est, Christus vera est & perpetua pietatis merces. Hinc conjunguntur *clypeus* & *merces* GENES. XV, I. Junonis reliqua dabunt Mythologi.

d Sol lumen *magnum*, luna *parvum* dicitur GENESIOS I, 16. Equites Soli dicati occurrunt. 2. REGVM XXIII, II.

§. 6. Phœbus Græcis dicitur Ἀπόλλων, ἀπὸ τῆς ἀπολλύειν a periendo, quod nimio calore sanitatem hominum Sol lædit. ^a Ideo tela Apollini tribuuntur, una cum arcu, & ipse ἐκηβόλῳ, ἀργυρότοξῳ, ἐκαληθεύεται appellatur. Tela ista radios Solis commonstrant, quibus pestem immittere dicitur apud STATIVM Thebaid. lib. I. v. 656. Et subita morte peremptos Apollinis jaculis confectos putat HOMERVS Odyss. III. v. 280. ^b

§. 7. Auspiciatus nomen Φοίβη est, quod eidem datur, quasi Φάῳ τῆς βίης vitæ lux. Nec adeo nocere videntur Solis radii, ut non iidem bonorum multorum origo ac causa sint dicendi. Oves illas sæcundas esse dicit CALLIMACHVS, quas Sol adspicit pascentes, id est Apollo, in hymno in Apoll. v. 52. ^c

§. 8. Hinc splendidi Apollinis tituli derivandi sunt. HOMERVS Regem, ἄνακτα, vocat Iliad.

^a Nomen Ἀπολλών non multum dissentit ab Apollinis nomine APOCAL. IX, II.

^b Nescio an cum telis Apollinis conveniat שֶׁמֶשׁ יְעֻזְרָה celum interdiu volans, id est, æstus meridianus, qui vehementissimus fuit in Canaane. Pf. XCI, 5.

^c Soli justitiæ, qui verus est Φαίβιος lux vitæ, radii saluti ferri debentur MALACH. IV, 2. ubi radii alarum nomine insigniuntur. Illustrat hunc locum Ampliff. CUPERVS in Harpoer. qui imaginem argenteam Harpocratis, id est, Solis alis ornata & telis cum arcu observat. vide Bibl. Univerf. Tomo V. p. 131.

Iliad. I. v. 78. ^a Σαῦρος ☉ nomen in numis antiquis sæpe legitur. ^b Hinc advenientem Phœbum, quod ἐπιδρῶμεῖν & ἐπιφάειν Græci vocant, choreis exceperunt & cunctis gaudii exultantis indiciis. ^c

§. 9. Eandem ob causam medendi artē invenisse Apollo dicitur apud CALLIMACHVM in Apoll. v. 53. quod de se ipse gloriatur apud OVIDIVM: Inventum medicina meum. ^d Meruit
L
illi

^a Convenit nomen Molochi, quod *Regem* notat, notum Palæstinis Solem colentibus: Eodem redeunt nomina Baal, Belenus, Adonis, quæ *Dominum* significant, nota Syris & Chaldæis, quibus familiaris fuit Solis cultus. JOBI XXXI, 26. 27. Ita ἑλιος a voce L *supra*, Hyperion ab ἵπτε dicitur. Reliqua Solis nomina Saturnus, Horus, Osiris, Vulcanus, Mercurius, Bacchus vel suo loco attingentur, vel brevitatis gratia omituntur. Omnia uni Soli convenire, patet ex Bibl. Univ. l. c.

^b Proprium hoc Solis justitiæ nomen tradit ex numis Ill. SPANHEMIVS ad Callimachi Apoll. v. 40.

^c Idem SPANHEMIVS ibidem v. 13. ubi festiva gaudia adveniente arca fœderis instituta I. REGVM VIII. confert. Solem contra recedentem & obscuratum esse pœnam magnorum scelerum narrat ex Euripide GROTIUS ad MATTH. XXVII, 45. ubi innocentissimi Servatoris mortem Solis obscuratio excepisse narratur. Verbum ἐπιφάειν de Christo usurpatur TIT. II, II.

^d Medica arte nondum in lucem ac conspectum producta in Græcia, Apollinis templum adierunt ægroti ex Oraculo consilia sanitatis audituri observante Henrico HVLSTIO de prærogativis prisca Israelis p. 217.

illi hoc inventum splendidos titulos Ἀλεξίφακος, ἀλεξίφαρμακος, ἀποπομπᾶιος, ἀποτροπαῖος &c.

§. 10. Soli omnia exposita sunt, quippe quem αἰθερος ὄμμα Græci dicunt. Hinc futurorum scientiam tribuunt Apollini, quem Augurem appellat HORATIVS lib. I. od. II. Hinc viarum & januæ custodem eundem esse voluerunt, unde nomina Ἀγυιεύς, τροπουλαῖος, προσᾷηριος, θυραῖος, & statuæ illi præ foribus dicatæ obelisci formam, quæ eadem radiorum solarium est, referentes. ^b

§. 11. Inservit etiam scientiis artibusque ad discendis lux Solis. Vides igitur, cur Apollinem Musarum Præsidentem, lyrae & artium inventorem dixerint. Modum urbium condendarum tradidisse eundem gloriatur CALLIMACHVS in hymno ejus honori dicato v. 56.

§. 12. Soli comes dabitur Luna, Apollini Diana, Gr. Ἄρτεμις. ^c Eadem ob lucem, quam orbi exhibet, φασφορέη vocatur apud CALLIMACHVM

a Cum Apolline ἀποπομπᾶιος satis jejune quidam hircum emissarium Azazel, quem οἱ LXX. ἀποπομπᾶιον vocant, conferunt. Vide ZORNII Bibl. p. 869.

b Exponit totam rem & nomina allegata Ill. SPANHEMIVS ad Callimachi Dian. v. 44.

c Vocem hanc a Persarum Ἄρτης magnus, (unde Artabanus, Artaxerxes,) hoc autem ex Hebr. ארע robustus deducit Johannes SELDENVS de Diis Syris Syntagm. I. cap. VI. Cæterum Isidem, Rheam, Astarten, Venerem, Cererem, Hecaten, unam esse lunam ostendit CVPERVS in Harpocrate recensitus a Johanne CLERICO in Bibl. Universali Tom. V. p. 137.

CHVM in Dian. v. 11. & ob lucis albedinem
λευκόςφρος apud ARISTOPHANEM in Equit. v. 85. ^a

§. 13. Ornatur Diana Reginae titulo.
Ἀνασταν ἀγνήν Reginam castam appellat CALLI-
MACHVS loco citato, quia perpetuam Virginita-
tem tueri dicitur, nec sine ratione, cum eadem
semper post reparatas vices sit lunæ facies, ut
Phœbum imberbem Poëtæ pingunt ob perpe-
tuam Solis juventam. ^b

§. 14. Dianam choreis Virginum ob vir-
ginitatis perpetuæ fidem delectari credidit CAL-
LIMACHVS in hymno in Dian. v. 3. & virginum
laudibus & cantilenis, unde HORATIVS illas
hortatur :

Dianam teneræ dicite virgines.
Mirum igitur eandem nuptiis & partui præfe-
ctam fuisse, nisi forte lunæ influxui hic locum
esse veteres putarunt.

§. 15. Venatu delectari Diana putabatur,
quod commune illi cum fratre Phœbo fuit,
quem arcu & pharetra insignem & telis instru-
L 2 Etum

^a Hebræi לבנה dicunt ab albedine. Clarius pul-
chritudo Lunæ laudatur CANTICI VI, 9.

^b Ut Sol cultus est sub nomine Molochi seu Regis, ita
Luna dicitur Melecheth JEREM. VII. & XLIV. id est, Re-
gina. Lunæ noctem regendam dedisse Deum testa-
tur Moses GENES. I. unde ἰνυχία, νυκτιδρομος, noctiluca
vocatur. Reges appellantur Μεγάλοι, eodemque re-
gio titulo decoratur Diana. Μεγάλη ἡ Ἀρτεμις ACTO-
RVM XIX, 28.

Etum laudant Poëtæ. ^a Favet etiam lunæ lumen noctu venantibus. Hinc *λόχαια, δίκλυννα*, nemorensis, venatrix appellatur. ^b

§. 16. Eadem cum Phœbo viis, portubus & foribus præfuit. Stabant in viis Dianæ *προφυλαίας & ἐνοδίας* statuæ, erectæ illi in triviiis aræ. CALLIMACHVS Dianam *ἀγυιαῖς ἢ λιμένεσσιν ἐπίσκοπον* vocat in hymno illi dicato v. 39. & *λιμενοσκόπον* v. 259. ^c Cætera, quæ lunæ sive Dianæ accepta feruntur beneficia, quæ multa sunt & titulum *πολυμάς* mammosæ illi compararunt, recensere non licet ^d

§. 17. Cæ-

- ^a Quamvis constans inter fabulatores fuerit opinio, Dianam cum Apolline eodem partu a Latona editam fuisse, multæ tamen de genere & patria Dianæ lites agitate olim fuerunt. Vide SPANHEMIVM in Callimachi Del. v. 255. Has lites Genealogicas indicari I. TIM. I. v. 4. putant viri docti, præsertim cum hæc Epistola Ephesi scripta sit.
- ^b Clariss. Clericus nomen Artemidos deducit ex Hebræo *יְהוָה תִּמְיָם* *mons admiratio mea*, quod in montibus venari Diana consuevit, unde *montium custos nemonumque* HORATIO dicitur. Bochartus a voce *מַרְטוּם* *Magus* originem nominis arcessit, quod veneficia noctu exercentur, & herbæ venenatæ ad lunam leguntur. Tertia SELDENI derivatio, quam modo attingimus, his præferenda videtur.
- ^c Ducit terra marique iter facientes lunæ splendor. Ideo viis & portubus lunam præfecerunt veteres.
- ^d De hoc titulo vide, si placet, SPANHEMIVM ad Callimachi Dian. v. 130. vox *πολύμασος* congruit cum Hebræo *יְהוָה* quod DEI nomen est, derivatam, ut multi ceusent, a *יְהוָה* *ubera*.

§. 17. Cælo astrisque relictis terram petimus, quam in Vestæ numine deprehendere licet. Hanc Pythagoræi, teste PLVTARCHO in Numa, esse *ἡμῶν τῆς σύμπαντος κόσμος* emblema totius mundi tradiderunt. Terram imprimis per Vestam designari vel inde patet, quod olim huic Deæ gramine virenti litatum est, adfusis olei viniq̄ue libaminibus. ^a

§. 18. Terræ medium occupat ignis, qui vitam plantis largitur. Ab igne igitur ceu præcipua Terræ parte Vestæ nomen tulit. ^b Clarissimum est OVIDII testimonium, quod probat & ignem & terram Vestæ nomine significari:

Vestæ eadem est & terra, subest vigili
ignis utriq̄ue.

Et quemadmodum Ignis terræ medium tenet, ita Vestæ simulachra medium locum ædium privatarum & templorum sibi vindicarunt. ^c

§. 19. Vestæ prima domum struxisse dicitur apud DIODORVM Siculum Bibl. lib. V. cap. LXVIII. Terra enim ligna, lapides, ferrum aliaque ad struenda ædificia necessaria suppeditat. Et quæque domus emblema est communis omnium domicilii sive Terræ, ut in terræ,

L 3

ita

^a SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Cererem. v. 109.

^b Vestæ nomen Græcis sonat *Ἐστία*, quæ vox & focum notat. Utrumque vocabulum Græcum & Latinum non a *vittando*, ut nugatur OVIDIVS, sed a voce Hebræa *אֵשׁ* Ignis, unde Chaldæorum *אֵשׁ*, hinc Vestæ.

^c Testem habeo SPANHEMIVM ad Callimachi *Delum*. v. 325.

ita in ædium medio focus & ignis est. Hinc Vesta vel κοινή communis omnibus, vel πατρώα domestica dicta. ^a

§. 20. Datur etiam Vestæ ut Dianæ & Palladi perpetuæ virginitatis honos. Nam nata e flamma corpora nulla vides, ut canit OVIDIVS. Habet quoque ignis vim purgandi, ut puritatem indicat Virginitas.

§. 21. Cultum Vestæ summe necessarium putarunt veteres, adeo ut contemtoribus gravissimas pœnas imminere crediderint. Metellus hoc expertus dicitur, quem spreta Dea horrenda oppressit maris tempestate PLVTARCHO teste. Imprimis autem perpetuo igne, quem in Prytanis aluerunt, Vestam coluerunt Græci. ^b

§. 22. Jun-

- ^a Auctor hujus rei est idem SPANHEMIVS ad Callimachi Cererem v. 109. cujus eruditis laboribus in definienda Græcorum religione sapius uti licebit.
- ^b Hebræorum Schechina, præcipue autem Ignem Sacrum, quem perpetua cura alere demandatum fuit sacerdotibus LEVITICI VI, 12. 13. (ut Christianorum est *ignem Spiritus S.* sollicitè custodire I. THESS. V, 19.) originem cultui huic Vestæ dedisse certum est. Et Persas ignem coluisse constat. Hinc *Ur* Chaldæorum nomen traxit. Hinc Danielis Socii *igni*, ut Deo ultori, traditi fuerunt. Hinc *πυρῆα* & *πυρᾶθεῖα*, Hebr. **מניח** 2. CHRON. XXXIV, 4. Hinc Persæ *Achæmeni* vocantur. Vide Doctiss. ZORNIVM *Bibl. Antiq. & Exeget.* p. 475. Plura de Vesta cognoscere legendus est Ill. SPANHEMIVS in libro de Vesta & Prytanibus Græcorum.

§. 22. Jungenda Vestæ Ceres, quia fruges, quæ Cereris nomine proponuntur, e terræ gremio prodeunt. Hæc Græcis Δημήτηρ vocatur, quasi γῆ μήτηρ terra mater omnium. ^a Videtur eodem nomine designari Siciliae aliqua Regina, quæ meliorem agriculturæ modum docuit mortales, eamque ob causam καρποφόρον Βασίλειαν appellat ARISTOPHANES in Ranis. v. 385. ^b

§. 23. Eodem redeunt reliqua, quæ de Cerere narrant Poëtæ. Quæsitit filiam Proserpinam summo cum dolore, dicta ob id Ἀχάια ab ἄχ & dolor, dein invenit, & id beneficii a Plutone obtinuit, ut per sex menses secum filiam haberet, per sex reliquos alterna vice Platoni eam cederet. Sensus fabulæ sine Oedipo intelligi facile potest. Per sex menses enim frugum semina sub terra latent, deinde colliguntur eadem in lucem ante producta. ^c

L 4

§. 24. Vo-

- ^a Terra rerum omnium mater est imprimis hominum. GENESEOS III, 19. Primi hominis origo terra fuit, & eadem Adami posteros alit, nutrit & auget. Nomen Latinum Ceres vel ἀπὸ τῆς χαίρειν a gaudendo (quia metimus cum gaudio Psalmo CXXVI, 5.) vel a gerendo vel ab Hebræo ארר arare ortum est.
- ^b Ab ipsis mundi exordiis agri colendi modus cognitus fuit mortalibus. Vanus ergo est OVIDIUS, qui ejus inventionem Cereri tribuit, Amorum lib. III. Eleg. X. v. II.
- ^c Similes doloris & gaudii vices in Ægypto habuit Isis cultus, quæ cum Cerere congruit. Convenit & luctus Adonidis, qua de re legendus III. SPANHEMIVS in Cerer. v. I.

§. 24. Vocatur etiam θεσμοφόρος legifera Ceres, quia sparsos in agris homines collegit, & leges societatis conservandæ civitatibus dedit. Hinc Romæ in templo Cereris leges custoditæ, ut Athenis in templo Cybeles. ^a

§. 25. Pingitur Ceres cum corona spicea, ob segetes e terra prodeuntes. Hinc Cereris nomina Σίω, χλοη, Αυαία, Σώτιερα. ^b Concubitus Cereris cum Neptuneo quid aliud, quam necessariam terræ humectationem notat? Denique quoniam terræ proventu aluntur pecora, & gregum cura datur Cereri. ^c

§. 26. De festis Cereris infra dicetur. Id solum nunc monemus, primitiis Cererem honorasse veteres. ^d Decantati etiam in messe hymni sacri, quos ἱερεῖς dixerunt ex ἑλός manipulus hordei. ^e

§. 27.

- ^a Leges credere sacerdotibus & templis, Græcorum & Romanorum mos fuit, quem didicisse ab Hebræis videntur. quorum leges divinæ arce fœderis inclusæ in adyto delituerunt. I. REGVM VIII, 9. HEBR. IX, 4.
- ^b Cum nomen Σωτήρ & Σώτιερα tot falsis Diis Deabusque immerito tribuatur, ut Apollini, Dianæ, Cereri, Herculi &c. memores nos esse decet verborum Apostoli ACTOR. IV, 12. οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῃ ἑδνὴ σωτηρία non est in alio salus præter Christum.
- ^c Ob vim terræ conservatricem Ceres vocatur Δηῶ ex Hebræo דַּיָּהוּ sufficiens, qui veri Dei est titulus.
- ^d Ex sacris Hebræorum ritibus hoc manavit. Vide SPENCERYM de legibus Hebræorum ritualibus lib. III. Diff. I. cap. IX.
- ^e SPANHEMIVS ad principium hymni in Cererem. Verosimile est ejusmodi hymnos benignitatem Dei creatoris

§. 27. Neptunum comitem Cereri dabimus ut terram ambit Pontus, qui Neptuni tegitur nomine. Græcis vocatur ποσειδών quasi ποσεισείων pedibus terram vel mare movens, alias & Ἄλυκος & Πόντιος maritimus dicitur. ^a Αμφιβαίων appellat eundem LYCOPHRON in Cassandra v. 749. ἀπὸ τῆ ἀμφιβαίνεν ab ambiendo naves sc. tutelæ Neptuni commissas. ^b

§. 28. Neptuno ut maris Domino loco sceptri datur tridens Gr. τριώνυχ, ob ternas aquæ species & qualitates, quæ sunt falsedo maris, dulcedo fluminum & media inter utramque, quæ conjectura est EVSTATHII ad Dionysium. v. 476. ^c Miri hujus tridentis sunt effectus, utpote quo tempestates excitat, sedatque pro

L 5 lubi-

ris & conservatoris celebrantes ab Hebræis fuisse decantatos, quod ex PSALMIS LXV, 14. & CXXVI, 5. colligitur. Vindemiæ beneficia lætissima celebrat PSALMVS VIII. Utrumque & Messis & vindemiæ beneficium festum Succoth sive tabernaculorum.

a Nomen latinum Neptuni a נפר a stillando non a ניפא labo deducendum.

b Ἀμφιβαίων est custodia ergo circumire ut Hebræorum סבב. CANTIC. V, 7. vigiles dicuntur הסובבים בעיר circumeuntes in urbe, quæ observatio est Jacobi HANSAEI.

c Alias rationes reddit SPANHEMVS ad Callimachum in Del. v. 31. qui aquam esse tertium Elementum, & mare post cælum terramque tertiam mundi regionem observat.

lubitu, ^a terræ motus facit, infulas condit easque a continente avellit pro arbitrio Neptunus. ^b

§. 29. Tradunt etiam Neptunum artem regendi equos invenisse. Non desunt tamen, qui Neptunum equestrem, quem Consus Romani dicunt, a maritimo distinguunt. Forte Neptunus aliquis & equitandi & navigandi arte excelluit, unde sub ejus nomine divinam, quæ in aquis latet, virtutem colunt & mirantur. ^c

§. 30. Veteres opera illa mirati, quæ ex metallis ignis ope parantur, Vulcanum insignem opificem in Deorum numero habuerunt. Græci vocant Ἡφαιστος, quod ipsum nomen scientiam igne recte utendi designat. ^d

§. 31.

^a Præter Neptunum aliis quoque sedandi maris potestas tribuitur a scriptoribus, ut Polluci, Sophocli, Empedocli, Pompejo. Sed falso. Soli Deo hoc imperium est in Pontum, quod Christum verum esse Deum docet MATTHÆI VIII, 27. quem locum illustrat Clariss. ELSNERVS.

^b Italiam a Sicilia sejunxisse fertur Neptuni tridens. Mosis baculum maria & flumina dividentem cum tridente Neptuni confert SPANHEMVS I. c.

^c Et Consus maritimi Neptuni nomen esse videtur, dictum a כנס congregare, quod aquas congregat Deus tanquam in utre PSALMO XXXIII, 7.

^d VOX Ἡφαιστος, quam ex Hebræo deducit Cl. CLERICVS nempe אבן אבן patrem ignis significat. Nomen Vulcani a Tubal Caino descendere quidam arbitrantur, cujus inventa fabrilia & Chemica laudantur GENESIOS IV, 22. BARTHIVS Vulcanum fuisse Ægypti Regem sceptris ideo admotum, quod ignem cælitus delapsum conservaverat, tradit ad Statii Thebaida lib. V. v. 69.

§. 31. Eandem ob causam Junonis filius esse fingitur, quod aëris ope indiget ignis, & Vulcani imago in numis apparet cum forcipe, malleo, pileo &c. & simulachra illius prope Caminos collocatae fuerunt. Hinc nomina κλυθολέχνης, τεχνήεις, Rex artis &c. Hinc Vulcanus una cum Pallade ab artificibus cultus fuit. ^a

§. 32. In festo Vulcani, quod Græci vocant ἩΦαιστιαῖα, obtinuit olim λαμπάδοφορία peditum & equitum, qui lampadem manu gestantes stadium decurrebant. Victor erat is, qui primus face inexstincta attigit metam, is vero, cujus in medio cursu exstincta lampas fuit, eandem alteri tradere debuit. Hinc Lucretio vitai lampada tradere est mori. ^b

§. 33. Jun-

^a Accurate hæc tradit SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Jovem v. 76. & in Dian. v. 60.

^b In Cereris quoque festo λαμπάδοφορία locum habuit, qua de re infra dicendi locus erit. De ritu λαμπάδοφορίας & de Lampadarchis huic agoni præsidentibus lege Antonium van DALE Dissertatione VI. ad Marmora p. 504. seqq. *Ambulare in luce* I. JOHANNIS I. v. 5. est cum face verbi divini & Spiritus S. ad fidei metam contendere notante Clarissimo ZORNIO. Forasan propior origo phraseos invenitur ESAIAE II, 5. **לְכוּ בְּאוֹר יְהוָה** *ambulemus in luce Domini*, ubi urbs sancta in festivo gaudio ubique illustrata lucernis respici videtur.

§. 33. Jungemus Vulcano Venerem, marito uxorem, Deam amoris. Nec sine ratione Venerem sociarunt Vulcano mythologi, cum igneus sit amor, mollique similis flammæ. Dea creditur & Jovis filia, quod divinæ originis est honestus amor. ^a Græci Ἀφροδίτην appellant, ἀπὸ τῆ ἀφροῦ a spuma maris, ex qua Venus originem traxisse dicitur. ^b

§. 34. Duplex Venus memoratur, altera πᾶνδῆμος & πόρνη Vulgaris, altera ἔρηνία cœlegena, quoniam amor duplex est, alter purus & honestus, alter lascivus & fœdus. Ita quoque Veneris filius Ἔρως Cupido duplex refertur. ^c

§. 35. Ve-

^a Si amorem purum & sanctum spectes, is Deum habet exemplar & fontem. Πᾶς ὁ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ θεοῦ γεννῆται qui amat, ex Deo natus est. I. JOH. IV, 7. Si inferiorem quandam & animalibus communem amoris speciem adspicias, sane divinæ providentiæ indicium est instinctus ille, quo animalia ad genus propagandum feruntur non sine molestia & dolore.

^b Hæc fabula vel Veneris candidam speciem cum spumæ albedine convenientem, vel miram piscium fecunditatem respicit. Assyriis a 𐤀𐤏𐤋𐤍 a stillando (unde Delphini dicti) Delephat, Babylonius Mylitta, quasi מולדת pariens, Phœnicibus Astarte (unde Astharot JUDICVM II, 13. & alibi) Carthaginensibus Urania vocatur. Vide SELDENVM de Diis Syris Syntagm. II. c. IV.

^c De amoris discrimine modo diximus. De Veneris & Cupidinis differentia loquitur Ampliff. CVPERVS in Observationibus lib. II. cap. I. Male igitur Venerem insignem aliquam meretricem fuisse, cui nihil adfit laude dignum, multi audacter affirmarunt, quibus contradicit Nicolaus GVRTLERVS in Originibus Mundi lib. I. cap. XI. §. 41.

§. 35. Venerem præ aliis Græciæ populis insigni honore coluerunt Corinthii, qui a Cypriis & Phœnicibus Veneris cultum hausisse videntur. ^a Et iidem lasciviæ & fœdo amori præ aliis dediti fuerunt, unde Κορινθιδίζεσθαι est turpitudini indulgere. ^b

§. 36. Amoris Deam ornandæ comæ modum invenisse perhibent. In Veneris mundo invenitur cestus, lecythus, unguentum, speculum & hujus modi alia, quæ ad ornandos capillos adhibentur. ^c Sacræ etiam Veneri fuerunt Columbæ ob mutuam earum amorem, sacra denique poma, amoris symbola teste ARISTOPHANIS Scholiaste in Nub. v. 993. ^d

§. 37. Multum momenti in rebus humanis habet bellorum exitus, certumque est, Providentiam divinam singulari ratione bellorum & proeliorum exitum moderari. Hinc belli Deum colue-

^a Phœnicia terra Veneris nominatur, & Phœnicum libidinem reprehendit ESAIAS cap. XXIII. SELDENVS de Diis Syris l. c.

^b De Corinthiorum libidine supra diximus cap. VI. §. 2. Meretrices Veneri sacræ, quales magno numero Corinthi fuerunt, dictæ קדשוֹת PROVERB. VII, 14. 15. MICHAË I, 7. Templum Veneris scortis frequens, quale fuit Corinthi, vocatur סבוֹת בנות 2. REGVM XVII, 30. De lascivia Corinthiorum videndus GYRTLERVS Orig. lib. II. cap. XXIII. §. 19.

^c Cuncta doctè exponit SPANHEMIVS ad Callimachi Pall. v. 21. seq.

^d Τῆν ἐπιώγειον τῆς ἐπιθυμίας esse poma amoris AROC. XVIII, 14. censet Cel. ELSNERVS.

coluerunt Græci, qui Ἄρης dicitur, Latinis Mars. ^a Alias Ἐνυάλιος vocatur, ut Bellona Ἐνυώ. ^b Et ὀπλοφόρος, βαθυπόλεμος, χαλκοθάραξ &c.

§. 38. Deum hunc ὄρχησῆν appellat LYCOPHRON in Cassandra, quia milites saltationes armatas olim instituere consueverunt. Et Musicos concentus Marti gratos esse ad augendam fortitudinem & confirmandos militum animos testatur PLVTARCHVS in Lycurgo. ^c

§. 39. Thracum imprimis Deus fuit CALIMACHO teste in Delum v. 365. & Scytharum, qui nulli, præter unum Martem, Deo templum dedi-

^a Ἄρης Græcis non solum Martem, sed & *ferrum* notat, Et ferro tecti incedunt milites. Forte primus armorum fabricator fuit Mars, cui nomen datum a מרר *fabricabit*. Nec incommode ab *ira*, quæ in bello dominatur, Martis nomen deduces a מרר *exarsit*. Denique cognata est & vox מרר quæ *Solem* significat, a Marte non aliena, cum Solem Martis nomine indicari arbitretur SELDENVS de Diis Syris Syntagm. II. cap. I.

^b Ἐνυώ nomen accepisse videtur ex Hebræo מנה *luxit*, unde cognatum מנה *gemuit*. Hæc enim belli sunt effecta. Bellonam servos suos sanguinei cruoris haustu imbueret, testatur MINVCIVS in Octavio. Et Baalis, qui cum Sole & Marte idem est, sacerdotes *cultus* se lancinarunt. I. REGVM XVIII.

^c Κάμος ἰσόπλιος & ὄρχησις ἰσόπλιος dicitur saltatio armorum. Hanc imprimis intelligi ROMAN. XIII, 13. per Κάμων verosimile est, cum ei opponat Apostolus *arma lucis*.

dedicarunt, & acinacem tanquam Martis imaginem coluerunt. ^a

§. 40. Agmen claudat nuncius Deorum, quem Græci vocant Ἐρωην ab ἔρω vel ῥέω dico, siquidem Eloquentiæ Patronum, λογίον θεόν, ἔφορον λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ. ^b Decet sane facilitas & suavitas eloquii Deorum ministrum & interpretem, qui mandata Deorum defert in terras, & mortuorum animas ad inferos ducit HORATIO teste lib. I. oda X. ^c

§. 41. Mer-

^a Hastam primis seculis a Romanis divinos honores tulisse, ut Martis effigiem, docet SPANHEMVS ad Callimachi Delum v. 64. Hinc patere arbitror non singularem aliquem Virum, sed bellicum quid Martis nomine indicari. Confirmat hanc sententiam PLVTARCHVS in Amatorio, qui testatur, τὸ μαχητικὸν καὶ διάφορον, καὶ θυμοειδὲς ἐν ἡμῶν Ἄσῃ κεκληθῆναι bellicosam animi indolem & ad lites ac iram propensam Martem vocari. HÆTIVS tamen censet, Nimrodum vel Thurram primos bellatores a Græcis Martis nomen accepisse in Demonstratione Evangelica Prop. IV. cap. X. §. 6.

^b Vindicat hos titulos Mercurio CVPERVS Observationum lib. I. cap. XI. Eam ob rem in convivio lingua sacra fuit huic Deo. Et Paulus, cum verba ad populum faceret, tacente Barnaba, pro Mercurio habitus est. ACTOR. XIV, 12.

^c Forte genium cuiusque hominis tutelarem, de quo infra dicetur, cum Mercurio eundem esse, dicendum. Ex sacris igitur hæc hausta sunt. Nam angeli Lazari animum in sinum Abrahæ detulisse narrantur LVCAE XVI, 22.

§. 41. Mercurio ut Deorum nuncio crebra faci-
enda itinera, viæque sæpius metiendæ & remeti-
endæ. Eamob rem Diis vialibus accensetur ut
ἐνοδιῶ & προπυλαῖος, ejusque statuæ sive Ἐρμῆ
præ foribus collocatæ fuerunt, & in viis, ut er-
rantibus viam ostenderent. ^a

§. 42. Videtur Mercurii nomine indicari
celebris quidam Mercator, qui maria terrasque
omnes peragrans nomen nuncii Deorum me-
ruit. Laudatur forma ejus egregia imprimis
a VIRGILIO Æneid. lib. IV. v. 559. Datur illi
caduceus, cui inniti solent peregrinantes. De-
pingitur ejus imago cum crumena, & quæ sunt
alia habitum Mercatoris præ se ferentia.

§. 43. Eandem ob causam Mercurius lucri
Deus habetur, & lucra inopinata eidem deberi
tradit ARISTOPHANES in Pluto v. 1136. Hinc
acclamatum est quid pretii vel thesauri præter
spem invenientibus: Κοινὸς ὁ Ἑρμῆς, commune
lucrum.

§. 44. Denique, quia lucrum mala inter-
dum fraude acquiritur, dantur & Mercurio
furta

^a Hebræis signa in viis crecta, ut viam ostenderent er-
rantibus, imprimis ad asyla contendentibus, cognita
diu ante fuerunt. Ejusmodi signum vocatur \aleph vel
 \aleph , unde Christus *via & veritas* dicitur JOH.
XIV, 6. coll. PSAL. XLIII, 3. Ad statuas Mercuriales
viam euntibus monstrantes referenda etiam *strues illæ*
lapidum \aleph cui prætereuntes lapidem in Mer-
curii honorem addidisse narrantur. Hæc memoratur
PROV. XXVI, 8. Vide ZORNI Bibliothecam p. 178.

furta ac fraudes. Hinc δόλιος, vocatur & σε-
 Φαίος, notante Scholiaste ARISTOPHANIS loco ci-
 tato. v. 1170. Callidus quicquid placuit jocosò
 condere furto, teste HORATIO lib. I. oda XII. ^a

SECTIO III.

DE GENIIS ET HEROIBUS.

§. I.

MEdii inter Deos ac homines creduntur Ge-
 nii, quos Græci δαίμονες vocant, ἀπὸ τῆ
 δαίειν a sciendo, quoniam scire res hominum
 creduntur, velut ἐπίσκοποι & ἑφοροί inspectores
 locorum & hominum. HESIODVS eos appellat
 Φυλακὰς θνητῶν ἀνθρώπων custodes mortalium, ^b
 M idem

^a H VETIVS arbitratur ex *Mose* fabricatum esse Mercurium, quia ille *legatus* & interpret Dei fuit, qui per *vias* ignotas duxit Jacobidas, instructus *baculo* mirifico loco caducei, pulcherrima insignis facie, & quæ sunt alia *Mosi* & *Mercurio* communia. Vide *Demonstrat. Evangel. Proposit. IV. cap. IV.* Aliam tentavit viam *Petrus VAN SARN*, qui cum Christo comparavit *Mercurium* in *Bibliotheca Bremensi Classe V. p. 206.*

^b Angelos, quos Græci δαίμονες, Latini genios vocant, piorum saluti invigilare Dei jussu sacræ testantur literæ. PSALMO XXXIV, 8. & XCI, II. Insignis locus est HEBR. I, 4. ubi angeli dicuntur πνεύματα λειτουργικά *spiritus ministratorii ablegati in usum eorum, qui salutem sunt hereditaturi.*

idemque ingentem eorum esse numerum ad triginta millia testatur. *Ἐργ.* v. 250. ^a

§. 2. Inter Dæmonas ita divisa creduntur officia, ut his astrorum, illis aëris, istis terrarum demandata sit cura. ^b Princeps Dæmonum Pluto habetur, qui vocatur *μεγαλοδαίμων* Dæmonum maximus, Jupiter Stygius, Rex inferorum. ^c

§. 3. Pluto Gr. *πλῦτων* a divitiis nomen habet, idemque habetur cum Deo divitiarum, notan-

^a Ingens angelorum numerus a sacris scriptoribus recensetur DANIELIS VII, 10. MATTH. XXVI, 53. MARCI V, 9.

^b Paulus EPHES. II, 2. per *ἐξουσίαν τῆ ἀέρος* intelligit genios aëris curam sortitos. Nam *ἐξουσία magistratum* notat COLOSS. II, 15. Vide ELSNERI notas ad hunc locum, ubi de Dæmonibus aëris differitur. Πνευματικά τῆς ποτηρίας ἐν ἐπιτραπέζιοις. EPHES. VI, 12.

^c In sacris idem vocatur ὁ Ἄρχων τῶν δαιμονίων MATTH. IX. v. 34. Κοσμοκράτωρ τῆ σκότης τῆ αἰῶνος τέττα princeps tenebrarum hujus mundi, qui opponitur τῷ αἵματι καὶ τῇ σαρκί, id est, nudis hominibus, כשר ורע ut loquuntur Judæi. Dicitur autem princeps tenebrarum, quia Dæmones diem fugere noctu sævire dicuntur, quod probat DOUGTÆVS in Analectis Parte I. pag. 37. illustratque locum GENES. XXXII, 26. ubi angelus cum Jacobo luctatus abitum parat appropinquante aurora. An vera sit hujus discessus causa, quam affert Doug-tæus, dubito.

notante Scholiaste ARISTOPHANIS in Plut. v. 737. ^a In genere inferis terrarum partibus dominari creditur, unde cum clave in numis pingitur. ^b

§. 4. Accensetur quoque geniis Pan cum Satyris. Hi a latendo in tenebris sylvarum, ille ab universitate nomen traxit, quia naturam omnem uno Panis nomine exprimi volunt. ^c Hic imprimis oves oviumque magistros curare creditur, unde Νόμιος & Φιλόγραυλος vocatur. Et Pastorum in morem inventas a se fistulas

M 2

in-

^a Divitiarum Dominum, πλετον & πλετωνα se jactat Satanas MATTHAEI IV, 9. cum mundi regna Christo offert, ταυτα πάντα δωσω σοι.

^b Satanas, idem cum Plutone, dicitur habere τὸ κράτος τῆ θανάτου inferni imperium HEBR. II, 14. Judæis מלאך המוות angelus mortis. Eripuit autem claves, hoc est, potestatem mortis & inferni Satanæ victor Christus APOC. I, 18. Claves illæ, quibus Pluto instructus est, portis inferorum aperiendis & claudendis aptæ sunt, quæ portæ memorantur MATTH. XVI. 18. Horrorem incutiant mors & infernus, hinc Plato a שולט terruit derivatur a Cl. MILLIO, idemque est Ἀβαδδων APOC. IX, 3. 4. de Plutonis clavibus vide Clariss. ZORNIVM Bibl. p. 508.

^c Satyri nomen sortiti sunt a סתר latere, unde & Saturnus. Pan a πᾶν omne denominatus videtur. Et ipse in antris latet, & raro videtur, notante SPANHEMIO ad Callinachi hymnum in Dianam. v. 87. seq.

inflare narratur, καλαμόφορρα παίζων, ut ludit ARISTOPHANES in Ran. v. 232. ^a

§. 5. Satyros omnes hircorum speciem referre dicunt, unde Capripedes Poëtis dicuntur. Imprimis Pan hircinis cornibus instructus vel cornipes κερβάτης vocatur, teste ARISTOPHANIS Scholiaste loco modo citato. LUCIANVS Pana ridet ut λάσιον τὰ σκέλη hirsutum undique. ^b

§. 6. Terrores subitanei vocantur Panici. Testis est PAUSANIAS lib. X. capite XXIII. τὰ γὰρ ἀπὸ ἄλλιας ἐδεμιάς δειμάρα τέττα φασὶ γίνεσθαι. Nam a nulla causa orti terrores a Pane proficisci dicuntur. ^c

§. 7. Geniis adjungendi ultimo loco sunt Heroës & semidei, quos meritorum & virtutis præstantia ex humanæ fortis debilitate ad Deorum

^a Ergo ad eam geniorum classem pertinet, quæ terras curat. Si pastorum Deus & pastor creditus est, forte Pan quasi πάνω pascens vocatur.

^b Dæmones, quibus Pan-cum Satyris adnumeratur, ob formam horum hircinam dicuntur שַׁעִירִים hirci. LEVITICI XVI, 7. de quibus differit SELDENVS in prolegomenis ad Synt. de Diis Syris capite III. Formam illam Satyrorum & dæmonum ex male intellecto loco HABAC. III, 4. (ubi vocem קַרְנִים, quæ splendorem notat, cornua significare putarunt) derivat Julius FIRMICVS.

^c Terrorem inopinum & magnum Deum auctorem habere & sacra scripta consentiunt. Nam subitus tremor חַרַת אֱלֹהִים tremor Dei vocatur. I. SAM. XIV, 15. JOSVAE II, 9. EZECH. XXX, 13.

rum fastigium evexit. Horum tantus fuit in Græcia numerus, ut vix cælo eos capi posse, nugetur LVCIANVS.

§. 8. Primum locum ornat Bachus, quem Græci appellant Διόνυσσον, vel ἀπὸ τῆς νύσσης Ἰὸν Δία, quod Jovis femori insutus dicitur post matris Semeles mortem, ^a vel ἀπὸ τῆς ἐν Ἰνδοῖς Νύσης Nyfæus Jovis filius. Σαβαζιον vocat ARISTOPHANES Vesp. v. 9. ^b

§. 9. Indorum Regem fuisse Bachum & libertatis assertorem, refert Scholiastes JUVENALIS Satyra XIV. v. 193. Laudantur ejus expeditiones in Græciam susceptæ, & in Ægyptum ad columnas Bachi. ^c

M 3

§. 10. Im-

^a *Prodire ex femore* alicujus per Hebraismum idem, ac si dicas, esse alicujus filium. Ita Messias dicitur prodire *ex fructu lumbi* Davidis ACTOR. II, 30. Vide OWENI Theologumena p. 80. A fletu nomen habere dicitur Bachus, a ככה *flevit*, cum fletu in dias luminis auras editus, vel quod ebrietatis effectus fletus esse in multis solet. Hyes & Attes dicitur quasi חן אה & אה אה *Ille ignis, tu ignis*, quod ad igneam vini vim refertur, apud ZORNIVM Bibl. p. 940.

^b Sabazius ex Hebræo veri Dei nomine צבאות recte derivatur.

^c In Bacho ob expeditiones Ægyptiacas, Mosen, ob gesta bella, Nimrodum, ob vites plantatas Noachum quaerit HVETIVS in Demonstratione Evangelica. Contra GVRTLERVS multis argumentis it probatum, Bachum eundem fuisse cum Ofiri, filio Chami, id est, Jovis. Vide ejus Origines mundi lib. I. cap. XVI. §. 30.

§. 10. Imprimis primus vineæ confitor Bachus dicitur apud TIBVLLVM lib. II. Elegia III. Huc refer ejus cornua ^a & Bachas & Mænadas, & Tigrides, & Sileni asinum & reliquum omnem apparatus, qui ebrietatis indolem describere videtur. ^b

§. 11. Bachum sequatur Hercules Gr. Ἡρακλῆς, cui gloria ex Junonis odio concepta nomen

^a Dubium est & incertum, unde fabulæ repetenda sit origo? An Bachus ob Vini immodicum amorem vitis repertor esse feratur? an Sol, qui aestu suo uvarum maturitatem efficit, Bachi nomine significetur? Forte uvarum culturam & usum Græcis ostendit ex oriente Thebas profectus. Cornua Bachi non a Mose cornuto, quod facit HVERTIVS, sed a cornuum veteri usu derivanda. Illa enim poculorum loco fuisse, supra cap. II. notavimus.

^b Nempe Ebrietas *furorem* Mænadum, *rabiem* Tigridum & Sileni *temulentiam* una producit. Hinc & Κῆμῶν Deus *comessationis* Bachi perpetuus comes dicitur, & in honorem Bachi institutæ fuerunt *nocturna vagationes*, quod notat Clariss. ELSNERVS ad ROM. XIII, 13. ubi conjunguntur κῆμοι & μέθαι. Huc pertinent Bachantium *clamores*, *cantilenæ* ebriorum, de quibus TIBVLLVS canit:

Ille liquor docuit voces inflectere cantu.

Paulus ergo cum *ebrietatem* removet & lasciva procul esse jubet *carmina*, quibus succedere debent hymni sacri Divino honori dicati. EPHES. V, 18. 19. ubi *spiritus* ex Vino in cerebrum ascendentes opponuntur *santo spiritui*, & ἁδαι πνευματικαὶ Bachicis cantibus.

nomen dedisse dicitur. Alcides alio nomine vocatur ἀπό τῆ ἀλκῆ; a robore, ^a quod illi lupi (λύκος) nomen meruit apud LYCOPHRONEM in Cassandra v. 871. ^b Fortitudinem ipse vestitus indicat, pellis nempe leonina cum clava & pharetra, qui habitus in numis conspicitur.

§. 12. Ob egregia facta & merita, quibus humanum genus sibi devinxit, Σωτήρης titulum

M 4

me-

^a Nomen Ἀλκείδης ab Hebræis vocibus חַי נֵאֵן *Deus vivens* deducit Clariss. CLERICVS in Bibliotheca Universali Tomo I. p. 252. sqq. Idem nomen Ἡρακλῆς non ex Ἡρα & κλέος Junonis gloria, sed ex Hebræa lingua derivandum putat. Herculis nomen illi appellativum esse videtur הַרוֹכֵל *mercator*, nec alius quis sub Herculis persona latere præter mercatorem aliquem Tyrium, qui ad montis Atlantici confinia in Africam & Hispaniam commerciorum gratia navigavit, qui colonos ex Phœnicia in Græciam deduxit, cui cum bestiis, id est, minus moratis hominibus pugnandum fuit, cui ut mercaturæ præsidi decimas obtulerunt Græci, & quæ sunt alia, quæ hanc sententiam fide dignam reddunt. Syris vocatur idem Melicerta, id est, Rex urbis, Deus tutelaris Tyri, quam mercatura celebrem fecit. Ex מֶלֶךְ קֶרְתֵּינָא enim deducit vocem Melicertæ Joh. SELDENVS de Diis Syris Synt. I. cap. VI.

^b Benjamin ob fortitudinem *lupus rapax* vocatur GENESIOS XLIX, 27. quod docte observat Vir summus Samuel BOCHARTVS in Hierozoico Parte I. lib. III. cap. X.

meruit, qui in numis Thasiorum legitur. Idem ἀγωνιστής & βοηθός vocatur. Parum tamen tantæ gloriæ respondet voracitatis & gulositatis fama. Idem CALLIMACHVS in hymno in Dian. v. 109. & 161. virtutem, & v. 148. gulam Herculis celebrat. Vicisse Lepream certamine voracitatis dicitur Hercules apud AELIANVM Var. Hist. lib. I. cap. XXIV. ^a

§. 13. Quoniam tot facta stupenda de Hercule narrantur, ut vix in unius hominis ætatem ea cadere posse videantur, plures hujus nominis Viros recensent Historici, nempe Idæum, Thasium, Ægyptium, Tyrium & Thebanum denique, quem Athenienses primi divino honore coluerunt, sacrificia illi offerentes. Ideo ISOCRATES in Philipp. gloriatur, Ἀθήνας ἀθάνατον γενέσθαι τῆς ἀθανασίας Ἰῶ Ἡρακλεῖ: Athenas immortalitatem peperisse Herculi.

§. 14. Porro inter Heroas locum aliquem meruerunt Castor & Pollux, quos Græci appellant Διοσκύρους Jovis pueros, quamvis patre Tyndaro, matre Leda prognatos, & Castorem quidem egregium equitem, Pollucem vero bonum pugilem fuisse perhibent,

Κάστορα δ' ἰππόδαμον, καὶ πύξ ἀγαθόν
Πολυδέυκη.

Utri-

^a Herculis voracitatem attigimus supra capite II. Facta & res gestas recensent Mythologi. Quod Hesperidum aurea mala Draconis custodia credita abstulit, id Adami lapsui quodammodo convenire putat GYRTLERVS Origin. lib. I. cap. I. §. 33.

Utrique in numerum Deorum relati sunt, sed ita, ut alternis vicibus immortalitate fruantur. ^a

§. 15. In Castoris & Pollucis cultu praeiverunt reliquis Graeciae civitatibus Athenae, instructo in eorum honorem templo, instituto etiam in Prytaneo sacro quodam convivio; teste PAVSANIA in Atticis cap. XVIII. Causa divini honoris fuit navigationis securitas, cui favere fratres Helenae testatur HORATIVS. lib. I. oda III. ^b

§. 16. Denique paucis considerandus est Aesculapius, Gr. Ἀσκληπιός, ^c qui ob medicae artis insignem peritiam filius Apollinis dicitur.

M 5

Hunc

- ^a Henricus HVLIVS in Castoris & Pollucis nomine se columnam nubis & ignis invenisse putat, Castoris nomine a **ΚΑΣΤ** a *tegendero*; Pollucis autem a *perluendo* deducto, ut ille nubem, hic ignem denotet. De prerogativis Israelis p. 51.
- ^b Sidus illud, quod geminorum nomine ab aliis distinguitur, ortu suo tempestates dissipare creditur, quod ea anni tempora, in quae hic ortus incidit, praeter aliis quieta esse solent. Et media in tempestate unum sidus infelix, geminum, quoties nautis apparet, felix & auspiciatum habetur. Haec ideo dici puto, quia appa-
rente gemino sidere nubium densa moles paulatim fugatur, decrescitque ventorum rabies. HVLIVS nubem *solam* Aegyptiis infaustam fuisse, eosque in mare praecipitasse, *geminum* vero nempe nubem cum igne Argonautas, id est, Israelem duxisse, monet loco citato. De nomine ἐπισάτης, quod proprium fuit Geminorum, supra cap. V. dictum.
- ^c Nomen Ἀσκληπιός ex Hebraicis fontibus fluxisse putant.
Nam

Hunc Jovis ignibus periisse ob fuscitatum ab inferis mortuum, at deinde patre deprecante vitæ redditum & immortalitate donatum dicunt. ^a

§. 17. Divinis illum honoribus ornavit ars medendi, ut exstructa illi & dicata templa fuerint, in quibus ægroti pernoctabant in mactatorum animalium pellibus opem medicam Dei poscentes. Peperit eadem scientia illi splendor titulos *σωτήρης* & *Φωτός βροτῶν* lucis mortalium. ^b Præ aliis urbibus in colendo Æsculapio diligens fuit Pergamus. ^c

§.18. Hæc

Nam *איש כלבי* *virum caninum* notat, quo titulo Æsculapius decorari meruit, quia canino lacte nutritus fertur. Nec infrequens est, ab hoc animalium genere deduci nomina. Notus est Calebus, & Nabal vocatur *כלבי*. Noti apud Romanos Caninii & Catuli. Videatur BOCHARTVS in Hierozoico Parte I. lib. II. cap. LV.

- ^a Dum hæc meditor, occurrit animo Servator optimus, medicus animarum, qui peccatorem in peccatis mortuum nova vita donat, qui igne divini furoris consumtus post in vitam rediit, cælumque petivit.
- ^b Supra de Apolline *Φωβίω*, & Pallade *Φωσφόρῳ* & Diana *Φωσφορίη* diximus, notavimusque hoc nomen nulli rectius competere, quam filio Dei.
- ^c Hinc Pergamus *thronus Satane* vocatur APOCAL. II, 13. quod observatur in Bibliotheca Bremensi Classe III. p. 94.

§. 18. Hæc & plura alia Numina, Deos, genios & heroas coluerunt Athenienses a majoribus accepta. Et his mordicus adhærere fas fuit. Licebat quidem publica auctoritate adoptare aliarum gentium Deos, sed privata nefas erat. Testis est ISOCRATES in Areopagitico: ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον ἐτήρην, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων κατὰκλύσωσι, μήτ' ἐξω τῶν νομιζομένων προσθήσωσι. Hoc solum Areopagitis curæ fuit, ut nec quicquam patriæ religionis aboleant, nec quicquam alieni addant. ^a

§. 19. Ante quam Diis Græcorum valedicimus, videndus Deus ille ignotus, cui teste LYCIANO in Philopatride ara Athenis fuit dicata, cui assensum præbet PAUSANIAS, facta mentione altarium θεοῖς ἀγνώστοις dicatorum. ^b

CAPVT

^a Vide, quæ de Areopagitico Senatu monuimus cap. XIV.

^b Deum Israelis ita dici multi putant, cujus neque nomen audiverant, nec imaginem viderant Græci. CASAVBONVS putat Deos aliarum extra Græciam gentium intelligi. Vide VER. WOLFFII Curas Crit. ad ACTOR. XVII, 23. Christiani eodem loco templum Dei ignoti struxerunt, teste Simeone CABASILA. Vide Bibl. Univerf. Tom. IV. p. 448.

DE SACERDOTIBVS.

§. I.

IN religione veterum proximi Diis sunt Sacerdotes Gr. ἱερεῖς, quorum munus fuit, sacra & cultum divinum curare, religionis rationem omnem homines edocere, voluntatem Deorum aperire, futurorum prædictiones consulentibus revelare. ^a

§. 2. Ob Deorum commercia multum venerationis obtigit Sacerdotibus. Nec principes viri, summique magistratus obire Sacerdotia abnuerunt. Spartanorum Reges Jovis cœlestis & Spartani sacerdotio præfuisse, testis est Alexander ab ALEXANDRO dierum genialium lib. III. cap. VII. ^b

§. 3. Primis temporibus Sacra facere cuiusvis permiffum fuit. Deinde id negotii viris probis

^a Ob sacrum ministerium Sacerdotes Hebræorum vocantur *servi Dei* PSALMO CXXXIV, I. I. REGVM X, 19. quibus respondent Apostoli δῆλοι θεῶν ἰηεῖς ACTOR. XVI, 17. Conveniunt *Cadmili* vel *Camilli* Romanorum, quorum nomen ministrum significat. Vide notas Jac. ELSNERI ad Actor. l. c. Ob oraculorum interpretationem Sacerdotes dicti etiam προφηται, ut Epimenides Cretensium Sacerdos, TITVM I, 12. quod docet Clariss. SCHELHORNIVS in Bibl. Brem. Classe V. p. 859.

^b Vide quæ notavimus ad caput XII.

bis & dignitate æque ac sanctitate eminentibus datum fuit, ne quivis e plebe impuris manibus Sacra tangeret. Denique Deorum numero crescente, singulis Diis proprii ipsisque solis dicati sacerdotes fuerunt. ^a

§. 4. Sacerdotum alii fuerunt *κληρωτοί* sorte designati, alii *ἐψηφισμένοι* populi suffragiis electi, alii *ἐκ γένους* hæreditatis jure sacerdotium obtinentes. ^b Rursus, si muneris durationem spectes, alii annui fuerunt. *ἐπειροί*, alii perpetui *διαβίη*. ^c

§. 5. Ad-

^a Vices hæc & mutationes recenset POTTERVS, notatque in gente Hebræorum familia fere obtinuisse, & Mosis demum ævo certis personis, certæque genti munus sacerdotii, quod antea latius patebat, adstrictum fuisse. Archæol. Gr. lib. II. cap. III. Primogenitis ante legem jus sacra faciendi fuisse censet Joh. BRAVNIVS in Selectis Sacris lib. IV. cap. XI. Sed principibus familiæ recte hoc privilegium vindicavit Summus Theologus Campegius VITRINGA Observationum Sacrarum lib. II. cap. III.

^b Hoc sacerdotum discrimen tradit POTTERVS l. c. & SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Pallada v. 34. Sacerdotia Hebræorum hæreditaria fuisse, nemo nescit.

^c Perpetuum Sacræ gentis fuisse sacerdotium, tradit Paulus HEBR. VII, 23. 24. ubi æternum Christi sacerdotium confert cum sacerdotibus *διαβίη*. Factus tamen Pontifex Maximus fuit *ἐπιστοδός*, cum avaritia Romanorum leges & ordinem divinum mutaret, & instantes Sacerdotii ruinas indicaret. JOH. XVIII, 13. 24. Vide Clariss. ZORNII Bibl. p. 65. & Vener. ELSNERVM ad HEBR. VII, 24.

§. 5. Admiserunt ad sacerdotium Græci non solum viros & quidem uxoratos, quod innu-mera probant HOMERI loca, imprimis *Iliad.* I. 95. & *Odyss.* IX. 199. sed & fœminas, non solum virgines vel per omnem vitam, vel ad annos nubiles ministrantes, teste PAUSANIA in *Corinth.* cap. XXXIII. ^a verum etiam maritatas, sed univiras tamen. ^b teste SERVIO ad Virgiliti *Æneid.* lib. IV. v. 19.

§. 6. Sa-

^a Apud Hebræos ad sacerdotium non admiffæ sunt mulieres, five virgines, five uxoratæ fuerint, quod apud Ægyptios quoque obtinuisse, HERODOTVS testatur lib. II. cap. XXXV. Græci admiserunt, sed castas. Quin in ipsis quoque viris castitatis cura postulabatur, ut in sacerdotibus Minervæ & Dianæ, quod notat SPANHEMIVS ad Callimachi *Pall.* v. 34. Jovis Cretenfis sacerdotes castitatis ergo carnibus abstinerunt. Hierophantæ Attici cicuta libidinem suffocarunt. Sacerdotes Virgines Palladis & Dianæ apud Græcos & Vestæ apud Romanos omnibus notæ sunt. In sacerdotibus Hebræis quamvis uxoratis castitas requirebatur, nec in ipsis solum, sed & in familia, ut gravi pœna fuerit affecta sacerdotis filia, quæ stuprum admiserat. Hoc innui videtur Apoc. XIV, 4. ubi nomen Dei patris fronti inscriptum respondet *laminae* in fronte Sacerdotis summi, cui inscriptum: " שְׂרֵפָה *sanctitas Jehovæ.* Et *cantus* cum citharis v. 2. ad templi sacros concentus referendus est.

^b Sacerdoti fœminæ non licuit marito defuncto, ad secunda vota transire. Ut Græci Sacerdotes *univiras*, ita Apostolus Episcopos & Presbyteros *μίας γυναῖκος ἄνδρας unius uxoris maritos* esse voluit I. TIM. III, 2. qua

§. 6. Sacerdotio indigni habiti fuerunt, quotquot vel corporis, vel mentis vitio aliquo laborarunt. ^a Instituta ergo Athenis fuit δοκιμασία exploratio, ut constaret, an quis esset ὀλόκληρος & ad sacerdotium idoneus, vel ἀφελής, sive ineptus. ^b

§. 7. Pu-

qua de re supra capite VI. quædam monuimus. Sacerdoti summo Hebræorum integrum non fuit ducere viduam, an ipsi ut viduo licuerit uxorem secundam ducere, dubium est.

^a Et *animi* vitia sacerdotio minus convenire Athenienses crediderunt, quod ex Æschine probat POTTERVS L. c. Hebræorum leges cum his institutis Atticis congruunt, & illorum Sacerdotes mente & corpore מומים perfectos esse fas fuit, quod docet Joh. SELDENVS de Successione in Pontificatu lib. II. cap. VI. adde BRAVNIJ Sel. S. lib. III. cap. I. §. 15.

^b Notari meretur vox ὀλόκληρος, qua Græci sacerdotum integritatem significant. Occurrit eadem I. THESS. V, 23. τὸ ὀλόκληρον ὑμῶν illa sanctificatio, quæ vos dignos sacerdotio spirituali reddit, quæ non in corporis solum, sed & mentis piis motibus & donis est posita, ut utriusque partis ratio habita est apud Græcos. Hinc τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα spiritus, affectus & corpus in sanctitate conservanda ad diem iudicii dicuntur, ne iidem rursus sacerdotum spiritualium munere indigni ob naves iudicentur. Solet corporis naves adducere senectus, quæ ipsa est morbus iudice Terentio. Eam ob rem *juvenes* ad sacra tractanda adhibiti sunt, quod ex Apollonio Rhodio exponit POTTERVS, & locum EXODI XXIV, 5, confert, ubi *juvenes* eliguntur ad cultum sacrum.

§. 7. Puritatem animi ipse vestitus sacerdotalis indicare videtur, qui fuit candidus vel albus ex lino vel bysso. Puritas corporis ne qua macularetur, ab omni impuritate & mortuorum contactu abstinere necesse fuit. ^a

§. 8. Varii Sacerdotum ordines fuerunt & nomina varia. Omni Sacerdotum cohorti præfuit ὁ Ἀρχιερεὺς summus sacerdos. Cereris mysteria rexit ὁ Ἰσοφάνης, cui proximum tenuit locum ὁ Δαδῆχος, hujus perpetuum, illius vero temporarium modo munus fuit. Eodem Daduchi nomine ornatus quoque fuit Hercules sacris præfectus. ^b

§. 9. Qui

^a De sacerdotum Græcorum vestitu consule BRAVNIVM de Vestitu Sacerd. Hebr. lib. I. cap. VI. §. 94. sqq. & SCHLICHTERI Obf. I. in Decimis sacris p. 5. seq. Quum igitur *vestes albae* promittuntur APOC. III, 5. ad habitum Sacerdotalem hoc pertinet, quia ibidem *βίβλος ζωῆς Catalogus sacerdotum* memoratur. Ita APOC. IV, 4. *vestes albae* junguntur *coronis*, quibus ornati etiam fuerunt sacerdotes teste ARISTOPHANE in Equit. v. 222. quas sacerdotales coronas & infulas confert cum Sacerdotum Hebræorum ornatu EXODI XXIX, 6. DOVGTAEVUS in Analectis Sacris Parte I. p. 71. In sacerdotum Hebræorum Examine probi *albis*, improbi & indigni *nigris* vestibus induti fuerunt, ex quo ritu locum priorem illustrat LIGHTFOOTVS ad Luc. I, 80.

^b Consuli de his sacerdotum titulis meretur Anton. van DALE Dissertatione VI. ad Marmora p. 499. ubi ex professo hæc tractantur.

§. 9. Qui Delphos oraculum sciscitaturi missi fuerunt, & ad ludos sacros, ἱερομνήμονες & Ἀρχιθεωροὶ vocantur.^a Fuerunt & certæ Athenis familiæ, quibus proprius & perpetuus fuit sacerdotii honor, ut Eumolpidæ, Cleobotadæ, Acestorides &c. per quos ire singulos non licet.^b

§. 10. Collegio Sacerdotum sceminarum præfuit ἡ Ἀρχιερεῖα summa Sacerdos. Cereris Sacerdotibus, quæ μέλισσαι & Μητροπόλοι dicuntur, præfectæ fuerunt αἱ Ἱεροφάντιδες. Virgines Apollinis sacra curantes Προφήτιδες vocantur, Bachi Γέραιραι; Βάνχαι, Μαινάδες &c. Proserpinæ Θουσιάδες.^c

§. 11. Nec nomine solum variorum Deorum Sacerdotes discernuntur, sed & quisvis sacerdos Dei sui insigne gessit. Melissæ Cereris coronis spiceis, Bachæ thyrsō, Veneris Sacerdotes

a Vid. PASCHALIVS de Coronis lib. IV. cap. XIX. Præfuerunt in Asia ludis solemnibus οἱ Στεφανοφόροι, quorum munus ad illustrationem loci APOCAL. III, II. & aliorum explicatur in Museo Bremensi Vol. II. Parte II. Dissertatione III. & IV.

b Romæ Potitii ac Pinarii Herculis sacerdotio addicti fuerunt. In gente sancta Levi posteros, præ reliquis Jacobi filiis, Deus elegit, & in his Aaronis familiam ad summum sacerdotium & reliqua sacri cultus munia. NUMER. III, 10.

c Lege, si placet, Anton. van DALE Dissertationem I. ad Marmora p. 142. & SPANHEMIVM ad Callimachi Apoll. v. 110.

dotes myrto coronabantur. Minervæ sacerdotēs panopliam hujus Deæ indutæ leguntur apud POLYAENVM Stratagematum lib. VIII. c. LIX. ^a

§. 12. Habiracula Sacerdotum proxima fuerunt templis & locis sacris, ut perpetuam cultus sacri curam gerere possent, quod ex HOMERI Odyss. lib. IX. v. 200. & Iliad. XVI. v. 234. patet. Ob curam templorum Sacerdotes κληδέχαις clavigeros appellat ASCHYLVS Supplic. v. 299. ^b

§. 13. Præter sacerdotes fuerunt etiam ministri sacerdotum, in quorum numero præcipui sunt κήρυκες præcones, qui divinum se a Mercurio genus ducere jactarunt. Et sane honore non caruit Ἰῶν Κηρύκων munus, quippe quos Διὸς ἀγγέλαις Jovis nuncios HOMERVS appellat, & Ἀγγέ-

^a Tutior & pulchrior est cœlestis Sapientiæ Panoplia, quam sacerdotes spirituales induunt. EPHES. VI, 13. qui ipsum Christum induunt ROM. XIII, 14. non Pallada, ut ejus sacerdotes. Quemadmodum autem sacerdotes Dei sui insignia tulerunt, ita Christiani Servatoris sui, nec aliud σχῆμα induere cupiunt, obtemperantes monito Apostoli, Rom. XII, 1. 2. Μὴ συζημεν τίθειθε τῷ αἰῶνι ἴετα nolite induere mundi habitum.

^b Legis periti νομικοί apud Hebræos, ut κληδέχαις considerantur. Datur enim iis clavis non templi sed legis LYCAE XI, 52. quod observat Clariss. WOLFFIUS in Curis Criticis ad h. l. cui & locum Æschyli debeo. Νεωκόρων seu Curatorum templi munus, quod in civitatibus Asiaticis obtinuit, paulo honoratius fuit, quod summi principes gerere gloriæ duxerunt. Vide præter Anton. van DALE & ZORNI Bibliothecam Antiq. Exeget. p. 32. seqq.

Ἄγγελος τῆς σωτηρίας nuncios salutis PLVTARCHVS in Theſeo. Paulatim tamen in contemptum eſſe adductos Præcones Atticos, ex THEOPHRAſTI Char. Ethicis conſtat cap. VII. ^a

§. 14. Munia præconum ſacra (nam de cīvilibus dictum ſupra capite XIII.) præcipua hæc fuerunt. Indicere ferias & feſta, arcere a templis profanos, præcipere ſilentium & εὐφημίαν, ne male ominata verba ſacrum turbarent cultum, & ſacrum cœtum dimittere his vocibus: λαῶν ἀφεςις, & quæ hujus generis alia. ^b

§. 15. Poſt Præcones famuli Sacerdotum occurrunt, nempe πρόπολοι πορæ, Μάγειροι, Βαθύποιοι victimarii &c. quorum tamen locum interdum ſuppleviſſe κηρυκες dicuntur. Qui decimas & primitias collegerunt, dicti ſunt παράσιτοι. ^c

N 2

CAPVT

^a Conferri cum his poſſunt Præcones Evangelii, quod & ſupra me feciſſe memini capite XIII. Cæleſtis enim horum eſt origo. Dicuntur ἄγγελοι τῆς ἐκκλησίας APOC. II. & III. & ipſo factò ſunt ἀγγέλοι τῆς σωτηρίας, cum ſalutem per Chriſtum partam annunciant. I. TIM. I. 15. Coronis ornatos fuiſſe & ſanctos ac inuiolatos habitos, notat PASCHALIVS de Coronis lib. VI. cap. XII. quod utrumque & Chriſti præconibus vindicare licet.

^b Eodem modo & Præcones Novi Teſtamenti feſtiua Novi fœderis gaudia indicunt, indignos a communionẽ Eccleſiæ arcẽt, venerationem Numinis tacitam inculcant &c.

^c Plura dabit POTTERVS Archæol. libro II. cap. III.

CAPVT XIX.
DE TEMPLIS.

§. I.

Nunc ad loca sacra pervenimus lustranda paulo accuratius, quamvis non omnia Græcorum sacraria patuerunt peregrinis. Loci autem sacri nomine imprimis insignitur templum. ^a

§. 2. Tempia Græco nomine dicuntur *ναοί* ἀπὸ τῆς ναίειν vel *ναίειν* ab habitando. Sunt enim θεῶν ἱεροὶ δόμοι, ut loquitur HOMERVS Iliad. VI. 89. & ἐρυσκῆδες οἴκοι, ut canit THEOCRITVS. ^b Sæpe & ἱερά vocantur, quia sacra Deo, & cultui sunt divino. ^c

§. 3. Pri-

^a Ita loquuntur Scriptores Latini, ut PERSIVS Satyra I. v. 112.

Pueri sacer est locus, extra Meiete.

Strictiore sensu adytum, id est, interius templi penetrabile Græcis ἅγιον τόπον vocari ex Polluce probat Beatus LAMPIVS, & illustrat locum MATTH. XXIV, 15. ubi ἐν ἁγίῳ τόπῳ in sancto sanctorum vertes. Vide Bibliothecam Bremensem Classe III. p. 1031.

^b Græcorum ναός est ex Hebræo נוה *habitaculum*. Et veri Dei templum appellatur בית יהוה PSALMO XXIII, 6. & משכנות יהוה *habitacula Dei*. PSALMO LXXXIV, 2.

^c ἱερός sacer est ex Hebræo ירא *timuit*, quod timorem incutiant sacra, unde nudis pedibus adire ἀνυπόδητον πρὸς ἱερά προσίεναι necesse fuit, notante DOVGTAEO ad EXODI III, 5. qua de re quædam notavimus cap. III. Sect. III.

§. 3. Prima mundi ætas templa ignoravit, utpote divina majestate indigna. ^a Sepulchra heroum prima templa fuisse ex variis argumentis tuto colligimus. Et hæc vera est causa, ob quam LYCOPHRON templum appellat *τύμβον* in *Cassandra* v. 613. ^b

N 3

§. 4. Tem-

^a CICERO *mundum omnem templum esse ac domum DEI*, reliquit, quod clarius exprimunt scriptores sacri, JESAIAS cap. LXVI, 1. *cælum thronus est, terra scabellum pedum*, qui & templum divinam majestatem decere negat. Adde ACTOR. VII, 48. XVII, 24. Ciceroni addo SENECAM, qui tacite sed præclare templorum angustias & pompam rejicit, affirmans: *In unoquoque virorum bonorum habitare Deum*. Hæc sanctæ mentis summa dignitas est, quam Paulus inculcat I. CORINTH. III. VI. 2. COR. VI. Vide CL. ELSNERVM ad locum priorem. Persas præ aliis gentibus odisse templa dicuntur, quod odium Xerxi exurere Græcorum templa persuasit. Ægyptios primos templorum conditores fuisse tradit LVCIANVS, qui hoc nomine Judæos intelligit, qui Dei jussu typicum primo tabernaculum, deinde templum exstruxerunt. Ad antiquiora tempora ascendit BRAVNIVS, qui ad Caini ævum originem templorum refert in *Selectis Sacris* lib. IV. cap. X. §. 155. seqq. ad Enosi tempora MALMONIDES, ad turris Babylonicæ ætatem HOSPINIANVS. Vide & SPENCERVM de leg. Hebr. lib. III. Dissert. VI. Cap. I. Sect. I.

^b Omnia Deorum nomina ex hominibus defumta fuisse credibile est. Evemerus enim & Apollodorus ortus & obitus Deorum omnium demonstrasse dicuntur. Hinc sacrificia Deorum זבחי מתים *sacrificia mortuorum*

תורת

§. 4. Tempia olim exstructa fuerunt in montibus, quod loca editiora ac cælo propiora divino cultui apta putarunt veteres. Et montes Diis sacri fuerunt, ut Parnassus Phœbo, Cynthus Veneri, & Caucasus θεῶν ὄμιλος vocatur. ^a Forte ideo etiam editiora loca occuparunt olim templa, quod asylorum loco fuerunt, quo confugere in periculo licuit. ^b

§. 5. In-

tuorum appellantur NUMER. XXV. PSALMO CVI. 28. Vide DOUGTAEVM ad EZECH. XLIII, 7. in Analectis S. Parte I. p. 283. Et simulachra defunctorum prima fuerunt Idola, quæ vox ἰδῶλα & Dei imaginem & spectrum sive manes defuncti notat. I. COR. VIII, 4. notante Cl. ELSNERO. Adde Joh. SELDENI prolegomena ad Synt. de Diis Syris cap. III.

^a Consule SPANHEMIVM ad Callimachi hymnum in Del. v. 70. Gentium Dii אלהי הררים *dii montani* dicuntur I. REGVM XX, 28. quia Apollo, Diana, Cybele &c. montes habitare feruntur in fabulis & Poëtarum carminibus. Imitati sunt gentium mores Judæi in montibus altaria erigentes, quæ כמור *excellsa* appellantur toties culpata in sacris. Templum Salomoneum monti impositum fuisse, nemo nescit, unde *mons Dei* pro tabernaculo (quod ante eundem locum occupaverat) & templo est PSALMO XXIV, 3. & alibi.

^b In arce summa fuerunt templa Palladis Trojanæ, & Jovis Capitolini &c. Asylorum loco fuisse templa, quem præterit? Vide SELDENVM de Synedriis lib. III. cap. VIII. Joabus ad templum seu potius tabernaculum velut ad asylum confugit. I. REGVM. II, 28.

§. 5. Interdum fluviis proxima & aquis templa fuerunt, inque littore condita, imprimis Palladis littoreæ. ^a Sæpe in foro vel alio quodam loco urbis celebri, nonnunquam in hortis vel agris, ad conciliandam his fecunditatem templa ædificare placuit. ^b

§. 6. Templorum forma nunc fastigiata fuit, nunc tecto caruit, qualia templa dicta fuerunt ἱεραία subdialia. Quædam templa orientem solem foribus exceperunt, quæ describit PLVTARCHVS in Numa, alia occasum respexisse constat, ut, qui statuas Deorum adoraturi templa intrabant, orientem respicerent. ^c

N 4

§. 7. Dii

- ^a De templo Minervæ littoreæ videatur BARTHIVS ad Statii Theb. lib. II. v. 729. Et Judæorum προσευχὰι loca precibus destinata ad ripas fluviorum inveniuntur ACTOR. XVI, 13. qua de re ex professo egit Cl. ZORNIVS in Bibl. Antiq. Exeget. p. 203.
- ^b SPENCERVS notat, eum in finem Dei jussu sacrificia omnia in templo Hierosolymitano offerri debuisse, ne more gentium in montibus, hortis vel agris sacra faceret populus, quod tamen factum esse docent sacri scriptores LEVITIC. XVII, 5. JEREM. XIII, 27. Hos. XII, 12. Vide ejus librum I. de legibus Hebræorum ritualibus cap. VI. p. 107.
- ^c Templum Hebræorum orienti frontem opposuit, adyto ad occidentem converso. Nempe in obscuro latuit Schechina, cum Deus esset *absconditus* אֲבֻרָה לַאֲבֻרָה JESA XLV, 15. Nec sine ratione nocti comparatur Vet. Test. Oeconomia. ROM. XIII, 12. Contrarium morem placuisse Christianis adytum orienti semper opponentibus notat SELDENVS Syntagmate II. de Diis Syris cap. VIII.

§.7. Dii instar hominum culti, eodemque honore, eadem voluptate affecti fuerunt, quo Reges & Principes solent. Ædium regalium magnificentiam æquavit templorum apparatus. Ambulacra fuerunt Luci, templa cingentes, quos *ψυλίσσας* a refrigerio dixerunt. ^a Nec deerant Agri a vectigalibus immunes, quorum redditibus sacerdotes ali debuerunt exemplo Principum. ^b

§.8. Tem-

^a Myrtus Veneri, Quercus Jovi, Olea Palladi grata creditur. Eademque arborum species sacris in lucis inventæ fuerunt, cuicumque Deo illud templum, quod luo ambitur, sacrum fuit. Lauretum Delphis, Quercetum in Libya, illud Phæbi, hoc Jovis templum cinxit. Consuli de hac materia merentur POTTERVS Archæol. lib. II. cap. II. & SPANHEMIVS ad Callimachi Dian. v. 38. Ille a Patriarchis sub ramis arborum habitantibus & docentibus lucorum arcessit originem. Præ aliis Abrahamus lucorum auctor & sator putatur, GEN. XXI, 33. Posterii Patriarcharum lucos coluerunt, quamvis injussu Dei. DEVT. XVI, 21. JVDIC. III, 7. 2. REGVM XVII, 10. Nempe, ut ait SENECA Epist. XLI. *Proceritas sylvæ & secretum loci, & admiratio umbræ in aperto tam densæ atque continuæ, fidem numinis facit.* Germanos sylvarum latebras & antiqua quercuum robora divino honore affectisse docent prisca superstitionis reliquiæ. Hinc Druides Germanorum sacerdotes a *δρῦς quercus* dicti videntur. A voce antiqua *truit* veritatem notante derivat Theod. HASSÆVS, in Sylloge Dissertationum post præmaturum cheu! obitum ejus editarum.

^b Agri sacri dicti *τεμῆν* quasi *τετμημένα* separata a privatis agris jugera. Ejusmodi agros olim Regibus fuisse ex VIRGILIO constat Æncid. lib. IX. v. 274. *Agri quod Rex habet ipse Latinus.*

§. 8. Templorum tres præcipue partes fuerunt. Area vel atrium, quod templorum quasi vestibulum fuit, *πρόναον* Græcis dicitur. In templo ipso illa pars, quæ aram habuit, appellatur *βαμὸς*, secretior denique locus, qui Deorum statuis ornatus fuit, *ἄδυτον*, *ἀνάληγον*, *σηκὸς*, vocatur. ^a

§. 9. Ornamenta templorum fuerunt simulachra Deorum, quibus primis seculis quidem caruerunt, quia effugit oculos Deus cogitatione videndus, SENECA teste Naturalium Quæstionum lib. VII. cap. XXX. cui paria prodidit EURIPIDES testatus: *Τὸν θεὸν πάντ' ὀρώμεθα ἀδύτον ἔχ' ὀραῖσθαι* Deum videre omnia, & ipsum tamen non videri. ^b

N 5

§. 10. Ce-

^a De his templorum partibus POTTERVS differit l. c. In vocibus *πρόναος* & *βαμὸς* facile patet denominationis ratio. *Ἄδυτον* ex *α* priv. & *δύω* subeo hoc nomen tulit, quod nulli præter sacerdotes eo penetrare licuit, *ἀνάληγον* quod ibi habitare putabantur *ἀνάκτες* Dii. *σηκὸς* ab Hebræa voce *יְהוָה* habitavit nomen tulisse videtur. Templum Salomoneum ad formam Tabernaculi Mosaici exactum tribus his partibus atrio, sancto, & adyto constituisse notissimum est.

^b Deus est *ὁ ἀόρατος* invisibilis COL. I, 15. *Φῶς ἀεικὼν ἀπρόσιτον* lucem habitans, quo accedere non licet, ut in Veteri Oeconomia, quum soli Pontifici M. licuit adytum ingredi, cum fumo suffitus, ne videret Schechinam. I. TIM. VI, 16. Conspicitur Deus in operibus ROM. I, 20. & in Christo JOH. XIV, 9. Vide GATAKERVM ad Antoninum de se ipso lib. XII. §. 28.

§. 10. Cecrops primus simulacris Deorum templa ornasse fertur, vel vulgi visibilem aliquam speciem amantis errorem sequutus, ^a vel penatium, id est, majorum, quorum memoriam colere solemus, imagines Deorum loco veneratus. ^b

§. 11. Simulachra Deorum primo rudia fuerunt, nudæ columnæ sine arte, quas ungere solebant & singulari ratione colere. ^c Postea
ad

^a De Cecrope primo simulachrorum auctore refert FERTHIVS Antiquitatum Homericarum lib. I. c. IV. Ægyptiorum templa fuisse *ναὺς ἀγάλματα* sine simulachris testis est LVCIANVS. Et Numa Pompilius hominis aut bestię formam Deo tribuere vetuit, referente PLVTARCHO in ejus vita, quod tamen posteri facere ausi sunt, quos reprehendit Apostolus ROM. I, 23. Vulgum visibili specie capi constat exemplo Israelis, qui Deos desideravit *coram facie sua ambulantes*. EXODI XXXII, 1.

^b Eam ob causam Hebræi imagines vocant עֲצָבוֹת *dolores*, quia imagines defunctorum lenire absentię dolorem videntur. Græcis dicuntur *βέτην* a *βροτῶν* *mortalis*. Tales fuerunt תְּרַפִּיִם Labanis, effigies parentum & majorum. GEN. XXXI, 34. Vide de his Joh. SELDENVM de Diis Syris Syntagmatis prolegom. c. III.

^c JUSTINVS narrat Histor. lib. XLIII. cap. III. hastis olim honorem divinum exhibuisse mortales. Columnæ illæ lapideæ, quas veteres coluerunt, videntur formam columnæ nubis & ignis sive Schechinæ referre. Ita censet HVLSIVS. Eisdem adorare vetat Deus LEVITICI XXVI, 1. Unctos lapides Græci vocant *βαιβύλια*, quod nomen Bethelē redolere videtur, ubi Deus apparuit Jacobo, in cujus apparitionis memoriam ille lapidem unxit. GENESEOS XXVIII, 18. Vide ZORNII Opuscula Sacra Tom. I. p. 139.

ad humanam formam efficta sunt Deorum simulachra, sed pedibus contiguis, quos primus distinxisse dicitur Dædalus. ^a

§. 12. Aucta paulatim templorum pompa, simulachra Deorum giganteam fere staturam habuerunt, ut quid humana forma augustius sese offerret spectantium oculis. Hac enim forma apparere Dii narrantur apud VIRGILIUM Æneid. II. v. 591. ^b

§. 13. Interdum sedentes ad æternitatem & providentiam indicandam, nonnunquam etiam stantes Deorum apparuerunt imagines quasi opem laturæ supplicibus. ^c Capita nimbo quodam cingi & ornari in numis videmus. ^d

§. 14. Ma-

^a Mercurii statuae feriori etiam ævo manibus pedibusque caruerunt *διὰ τὴν ἐξῆρότητα τῆς λόγου καὶ ἀληθείας propter vim certam eloquentiæ & veritatis*, quod refert Gisbertus CUPERVS.

^b Nota est Statua illa stupenda Solis, five Coloffus Rhodius, orbis miraculum. Vide Antonii van DALE librum de oraculis p. 651. Nec desunt, qui Christo staturam humana majorem tribuunt. Vide Clariss. WOLFFIUM ad Casauboniana p. 297.

^c Minervæ simulacra formam sedentis gesserunt plerumque, quod ex HOMERÒ colligo Iliad. VI. v. 270. Illa enim instar judicum throno infidet imago divinæ sapientiæ, qua regitur terrarum orbis. Vide Antonii van DALE librum modo laudatum p. 652.

^d Lucem divinam ostendit ille nimbus, qui & hodie sanctorum imagines decorare solet. Aliam hujus rei rationem affert ALMELOVEENIVS Amœnit. p. 184. qui aculeos ferreos statuis subdialibus ad aves abigendas additas fuisse observat.

§. 14. Materia simulacrorum fuit vel lapidea, de qua modo diximus, vel lignea, primo ex cedro, quercu, cyparisso &c. teste PAVSANIA lib. VIII. cap. XVII. Deinde ærea, argentea, aurea efficta fuerunt, quamvis Plato præter lignum aliud quid in templis agnoscere vetuit.^a

§. 15. Radi primo simulacra ob artificum imperitiam necesse fuit, unde ξόανα dicuntur, ἀπὸ τῆς ξέειν a radendo: Verum luxus templorum quantum temporis successu increverit, vel inde colliges, quod Phidias Minervæ statuam ex auro & ebore elaboravit XXVI. cubitorum, in cujus scuto exsculpsit prælia Amazonum, in soleis vero Centaurorum cum Lapithis pugnam, cujus stupendum artificium extollit Scholiastes ARISTOPHANIS in Pace. v. 604.

§. 16. Sta-

^a Platonis hæc placita enarrat FEITHIVS loco paulo ante citato. In lapideis quoque luxus apparuit, cum marmor candidum adhibuerunt, ad sanctitatem Numinis significandam, nigrum vero ad naturam Deorum invisibilem declarandam. Aurum exulare ex templis voluerunt sapientes. Notari meretur illud PERSII Satyra II. v. 69.

Dicite Pontifices, in sacris quid facit aurum?

Nempe id quod Veneri donatæ a virgine pupæ. Deum enim ἀντάραξιν esse agnoverunt & μανθὲν ἐνδὲν ACTOR. XVII, 25. Amasin Regem Ægypti Deum sibi constasse ex pelvi, in quam antea sapius vomuerat & minxerat, narrat HERODOTVS lib. II. cap. CLXXII. Hinc Deorum apparet vanitas ESALAE XL, 20. Recte hos dixeris אֱלֹהֵי מִלְכָּם Deos stercoreos.

§. 16. Statuis hisce ira praesentia adesse Numina dixerunt, ut animae adfunt corporibus. ^a Nonnunquam tamen singulari ratione praesentiam suam manifestare Dii credebantur, quam apparitionem sive ἐπιφάνειαν ex certis quibusdam argumentis, verbi gratia, luce insolita, tremore rerum adjacentium, terrae motu aliisque hujus generis indiciis colligi posse tradunt. ^b

§. 17. Fue-

^a Grande malum minatur Deorum discessus, unde ex urbe hostili evocare Deos consueverunt Romani. Ante vastatum templum Judaicum auditam esse vocem μετὰ βῶμιν ἐκεῖθεν migremus hinc, tradit Josephus de bello Judaico lib. VII. cap. XXXI. Huc quoque referunt illud Servatoris MATTHAEI XXIII, 38, ἰδὲ ἀφίεται ὑμῶν ὁ οἶκος ὑμῶν ἐρημος ecce! templum vestrum erit desertum recedente gratiosa summi Numinis praesentia.

^b Vox ἐπιφάνειας, qua in hac materia utuntur scriptores, eadem Christi ut veri Dei apparitionem notat 2. TIM. I, 10. IV, 8. notante Stephano le MOYNE in notis ad Varia S. p. 279. Verbum φανερωθῆναι idem notare observat Celeberrimus ZORNIVS in Opusculis Sacris Tom. I. p. 251. ad illustrandum locum 1. TIM. III, 16. simile quid sonat HOMBERGIO VOX ἐπισκένψασθαι LVCAE I, 78. Non tamen a quovis Deos apparentes videri posse, sed a sanctis ac puris hominibus tantum persuasi fuerunt veteres, ut puri corde soli Deum visuri sunt MATTH. V, 8. quod observat Cel. ELSNERVS ad hunc locum. Confer JVD. VI, 23. & XIII, 22. Terrae motum esse signum adventus divini ad illustranda loca EXODI XIX. ACTOR. IV, 31. MATTHAEI XXVII. & alia notavimus in Dissertatione nostra de Propitiatorio edita Anno M DCC XXV. Bremæ Sectione I. §. 3.

§. 17. Fuerunt etiam quædam in Græcorum templis simulacra, quæ singulari divinitate plena esse putarunt, ut *διοπετή* cœlitus delapsa, quale Palladium Trojæ fuit. ^a Alia fatidicas in templis voces consulentibus edere jactarunt, quale fuit Memnonis, vel Orphei caput vel Nisi coma. ^b

§. 18. Tanta quoque veneratione dignas Deorum quorundam Imagines esse credidit antiqua Græcia, ut raro videre eas licuerit, & vix semel quotannis. Tale fuit Minervæ Poliados simulachrum apud Tegeatas, Thetidos apud Spartanos, Proserpinæ apud Sicyonios. ^c

§. 19. Nunc

- ^a Dicit illa *διοπετή* & cœlitus delapsa, quod incertus fuit auctor, censet Ill. SPANHEMVS ad Callimachi hymnum in Pall. v. 52. SELDENVS contra arbitratur, astrorum situs in eorum fabrica observatos fuisse, ut Magicus esset illorum usus, Syntagmate I. de Diis Syris cap. I.
- ^b Consule, si placet, de statuis loquentibus GROTIUM ad Decalogum p. 32. & ZORNI Bibliothecam pag. 529. Sacerdotes aditum clandestinum ad simulachra Deorum sibi parasse conjicit Antonius van DALE de Orac. cap. X. Huc referri posse *αἰθρῆς ἐκπεσούσας* putat Alexander MORVS in notis ad I. PETRI II, 5.
- ^c Hæc ex Hebræorum institutis fluxisse, quorum adytum solo Expiationis die quotannis summo Pontifici patuit, docet eruditissimus SPANHEMII Commentarius ad Callimachi locum citatum.

§. 19. Nunc, quis Deorum simulacris honor obtigerit, videndum breviter. Et primum quidem vestibus candidis illa ornare mos fuit. ^a Deinde & alia accesserunt decora, ut coronæ, pepla, vela &c. quod studium ornandarum imaginum sacrarum demandatum fuit mulieribus *ιεροσολιταις, ιεροφόροις, ξοάνων θεραπευταίς.* ^b

§. 20. Easdem imagines abluī per *λεβροχόας* necesse fuit, quoties impuris manibus eas contrectare quis ausus fuerat. ^c Sæpe etiam cum
pompa,

^a Candidus hic vestium color majestatem & innocentiam notat. Unde Christo & angelis idem datur MATTHÆI XVII. & XXVIII. Vide SCHLICHTERI Decimas Sacras Observacione. I.

^b Vela pulverem arcebant notante LIPSIUS Electorum lib. I. cap. XXIX. Pepla Minervæ statuas decorarunt, qua de re infra cap. XXVI. Minervæ Saiticæ peplum nemo unquam detexit PLVTARCHO teste in Iside. quod Sapientiæ divinæ abstrusissimam profunditatem manifestare videtur ROM. XI, 33. 34. De Coronis vide SCHLICHTERI Decimas p. 202. In genere de ornatu Imaginum consuli meretur SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in lavacrum Palladis v. 21. de Ministris ornantibus Eruditissimus FABRICIVS in Bibliographia Antiq. capite VIII. §. 18.

^c Sanctitatem Numinis recte quidem hoc modo significare voluerunt, sed stulte tamen Deum ex peccatorum sordibus quid impuritatis contrahere posse putarunt. Contrarium docet JOHVS XXXV, 6. 7. De ipsa imaginum ablutione agit SPANHEMIVS ad Callimachum, in princip. lavacri Pall.

pompa, hymnis, cantu & tripudiis per celeberrima urbis loca circumductæ fuerunt, nec imagines solum sed & templa minora ad majorum formam elaborata, ædiculæ argenteæ. ^a

§. 21. In rebus adversis ad simulacra Deorum confugere, Deorum genua, quæ misericordiæ symbola sunt, prehendere, ramos vultui & genis, cum de precum successu nullum dubium erat, admovere solenne fuit. ^b

§. 22. Ut

^a Iter per deserta Arabiae facientibus præivisse Arcam fœderis notum est. Hinc Ægyptii in vulgus efferre numina, ut loquitur CLAUDIANVS, hinc eundem ritum Græci & Romani hauserunt. Sacros currus, qui Deorum pompam vexerunt, cum Cherubis confert SPENCERVS lib. III. Diss. V. cap. VII. qui & cultum Cijun & Remphan ex hoc ritu illustrat AMOS. V, 26. *Ναὺς φορητὴς* habes ACTOR. XIX, 24. quibus opponuntur piorum pectora, in quibus Deus non habitat solum sed & ambulat, dum in hac via huc illuc jactamur. 2. COR. VI, 16. Vide de Græcorum pompa commentantem SPANHEMIVM ad Callimachi Pall. v. 33. & ad Cerer. v. 121.

^b Hinc in numis apparent protensæ ad simulacra manus, quos exhibet Præclarus Callimachi Commentator ad hymnum in Del. v. 107. Sed hac de re agendum infra Capite XX. Ritus genis admovendi ramos observat POTTERVS Archæol. Græcæ lib. II. capite V. quem reprehendere videtur EZECHIEL cap. VIII, 17. *ad nares eorum sc. Deorum mittunt ramum.* Et in voce *Delubrum* tradit FESTVS *delubrem fuisse fustem delibratum, quem venerabantur pro Deo.*

§. 22. Ut perpetuo essent præsidio Deorum statuae, neve ad hostes transfirent, catenis eas vinxerunt, ut Ephesii, qui obsessi a Cræso urbem suam Dianæ Ephesiæ addixerunt ducto ab ejus simulachro fune ad mœnia. Et Athenienses victoriæ Deæ alas rescuerunt, ne avolaret. ^a

§. 23. Præter statuas & imagines Deorum templis quoque magno ornamento fuerunt donaria Gr. ἀναθήματα, quibus gratam mentem testari voluerunt præsentis periculo erepti, vel magno beneficio mactati. Deo enim beneficia omnia accepta esse ferenda docet BIAS, ὅ, τι ἀνθρώπου εἰς θεῶν ἀνάσσωσιν, quicquid boni egeris,
 O Diis

^a Tyrii quoque obsessi ab Alexandro Apollinis simulacrum aurea catena religarunt. De catenis Deorum quædam monet SCHLICHTERVS in Decimis Sacris Observatione XXXIX, p. 337. Clavis firmatas eundem in finem Deorum imagines fuisse notat DOGTAEVVS ESALAE locum cap. XL1, 7. & JEREMIAE cap. X, 4. explicans. Deus noster urbem tuetur PSALMO CXXVII, 1. quamvis ea de re dubitent legati Regis Assyriorum JESA XXXVI, 18. quos alia plane docuit eventus. At ille non catenis sed precibus tenetur PSALMO L, 15. Cum Romanæ Victoriæ alas fulmine ablatas audiret Pompejus, boni omnino ergo hoc distichon fudisse dicitur :

Roma potens! alis cur stat victoria lapsis?

Urbem ne valeat deseruisse suam,

quod ἐν παρῶδῳ lectori propino ex Bibliotheca Universali. Tom. V. p. 364.

Diis adscribe, & PLATO Deos ἀγαθῶν χορηγὸς bonorum fontes esse dixit. ^a

§. 24. Donaria hæc (quæ interdum etiam festiva munera fuerunt, diebus festis muneri missa Diis, teste THEOPHRASTO Eth. Char. c. XVI.) columnis aut postibus templorum affixa esse legimus apud VIRGILIVM Æneid. IX. v. 407. Abundabat iis præ aliis templum Delphicum, quod PLVTARCHVS de Pyth. Orac. dicit ἀνάπλεον ἀναθημάτων ἢ δάρων βαρβαρικῶν ἔλληνικῶν repletum donariis & muneribus barbarorum & Græcorum, quam ob rem Phœbum πολυκτέανον appellat CALLIMACHVS in hymno illi dicato. v. 35. ^b

§. 25. Va-

a Pytho Ænius & Titus Vespasianus expeditiones suas non suæ virtuti, sed Diis tribuerunt, quibus manus tantum mutuas se dedisse professi sunt. Hinc Titus Cæsar spoliis Judæorum templa ornavit. Lucius Callidius Minervæ aures argenteas sacravit senatam aurium gravitatem grato animo illi tribuens, addito elogio, quod muneris causam continuit. Simile factum est Philistæorum, qui aurea dona obtulerunt Deo ejus membri figuram referentia, quod a morbo convalere optabant. I. SAMVEL. VI, 5. Vide Cl. ZORNII Bibliothecam Antiq. Exeg. p. 62. & 321.

b Hunc Callimachi locum doctè explanat SPANHEMIVS. Non cessit templo Delphico Ephesium Dianæ, ex cedro, auro, marmore & cupressò annis CCXX. a tota Asia constructum, quo nec divinius nec opulentius vidit aurora teste CALLIMACHO in Dian. v. 250. quod ARISTOPHANES appellat πάλυχρυσον οἶκον in Nub. v. 599. DIONYSIVS Alexandrinus περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα v. 829. Templi Hierosolymitani opulentiam quoque auxerunt Judæo-

§. 25. Varii autem generis *Ἀναθήματα* fuerunt. Præcipua fuerunt coronæ, olim Diis folis datæ, PLINIO teste Hist. Nat. lib. XVI. cap. XIV. Earum materia fuit vel aurea, vel ex amarantho marcescere nescia. ^a His vel Deorum capita decorarunt supplices, vel eorundem eas pedibus subjecerunt, PROPERTIO teste El. VIII. libri. II.

*Ut caput in magnis ubi non est ponere signis,
Ponitur hic imos ante corona pedes.* ^b

§. 26. Nec solum Anathematum loco fuerunt coronæ, sed etiam ornamenta Anathematum. Nam THEOPHRASTVS auctor est caput bovis coronatum templorum foribus affixisse veteres. Ethic. Charact. cap. XXII. Tabulas etiam votivas coronis ornatas fuisse probat OVIDIVS Amor. lib. I. El. XI. v. 25. ^c

O 2

§. 27. Præ-

Judæorum & gentium donaria, quæ refert GROTIUS ad LVCAE XXI, 5. Cæterum in templis quoque Græcarum æraria civitatum fuisse constat, ut in Templo Apollinis Delii, qua de re egit BRODAEVS Miscell. lib. IV. cap. XVII. & ALMELOVEENIVS Amœnit. p. 33.

^a Ἀμαράνθινον τῆς δόξης στέφανον promittit PETRVS Apostolus fidis Episcopis Epistolæ prioris capite V, 4. quem illustrat, coronasque Deorum amarantinas explicat CAROLUS PASCHALIVS de Coronis lib. III. cap. XI.

^b Presbyteri XXIV. ad pedes Christi ponunt coronas APOCAL. IV, 10. quod factum ad veterem illum morem supplicantium revocat VEN. ELSNERVS.

^c Martem coniectis in ejus statuam eminus coronis honorare mira videtur religio, quæ tamen antiquitati
pla-

§. 27. Præter coronas Diis etiam vestes dono dederunt, ^a utpote quæ olim inter præcipua munera numerari solebant teste AELIANO Var. Hist. lib. I. cap. XXII. & XXXII. & libro XII. c. I. Adde tripodas five mensas æneas, argenteas, aureas, variis insignibus notatas, ^b & quæ his sunt familia alia. ^c

§. 28. Antequam templa deserimus, de Diis *συνοάοις* communi templo utentibus quædam monere

placuit. Illa, quam M. Antoninus iactavit, forte capiti Dei insedit, quod futuræ dominationis omen fuit teste Capitolino, quem citat PASCHALIVS lib. IV. c. XI.

- ^a Consulendus in hac materia est BRAVNIVS de Vestitu Sacerdotum Hebr. lib. II. cap. XXV. §. 704. qui docet, vestes olim magnam thesauri partem fuisse. The-sauri igitur, quos *tinea corrumpit*, sunt vestimenta MATTH. VI, 20. quibus opponitur *justitia Regni Christi*. Muneris loco datas vestes fuisse ex JVDICVM XIV, 12. patet.
- ^b Tripodes ad exemplar tripodis Delphici templorum fuerunt ornamenta. De his legendus SPANHEMIVS ad Callimachi Delum v. 90. Forte illorum origo debetur Mensæ Hebræorum sacra, cui impositæ fuerunt panes propositionis. EXODI XXVI, 35.
- ^c Milites post victoriam de hoste reportatam arma cæ-sorum & manubias captivorum in templis suspendere Diis consueverunt, nautæ vel milites navales rostra navium, naufragi vestes udas, pastor fistulam, meretrix speculum, piscator rete, dives factus ex paupere palliolum & calceos vitæ pristina monumenta dedica-vit. ARISTOPHANES in Pluto 840. 844. & 930. & PORTERVS lib. II. cap. IV. De hostium armis in templo sus-pensis narrat HOMERVS Iliad. VII. v. 83. ut gladius Goliathi a Davide cæsi coram Deo pependit I. SAM. XXI.

monere libet. Nempe Dii quidam Deæve aliquam significationis vel sanguinis cognationem præ se ferentes, vel sub diversis nominibus unum Deum proponentes commune templum habitarunt. Ceres & Bacchus sæcundos terræ proventus duplici nomine significantes fuerunt *σύνναοι* uno inclusi templo. ^a

§. 29. Jupiter & Pallas non solum uno templo, sed & una sede & throno eodem ut *σύνθρονοι* usi leguntur, ob arctissimam divinæ sapientiæ cum Deo conjunctionem. Ceres quoque & Proserpina vim terræ frugiferam notantes eadem sede fuerunt contentæ. ^b

§. 30. Denique etiam templum antiquum *θεῶν ἀπάντων* memorat PAUSANIAS, & aliud quoddam *θεοῖς πᾶσιν εἰς κοινὸν συνεμμένον* cunctis Diis communi jure concessum. ^c

O 3

CAPVT

- ^a Deum verum & Dagonem Deastrum ut *συννάοι* uno templo includere voluerunt Philistæi, sed infelici successu. I. SAMVELIS V, 2. quæ historia tacite indicari videtur 2. COR. VI, 15. 16.
- ^b Ut Jupiter & Minerva, ita summus Deus & Christus æterna & vera sapientia uno throno assident APOC. III, 21. quod doctè notavit Cel. ELSNERVS, Certe *καθίσαι κατά τινος ἐν αὐτῇ θρόνῳ* est *σύνθρονον εἶναι*.
- ^c Pausaniam allegat in hac materia FEITHIVS Antiquitatum Homericarum lib. I. cap. III. in fine. Convenit Pantheum Romanum Deorum omnium commune habitaculum, quod orbis formam habuit circularem.

DE PRÆCIBUS.

§. I.

HAstenus sacri cultus objectum Deos scilicet, eorumque ministros & domicilia lustravimus, nunc ipse cultus sacer cum præcipuis sacrae Religionis ritibus oculis animoque contemplandum se offert, qui duabus, Platone teste, constat partibus, ἡ δὲ εὐχαισὶ καὶ καὶ ἡ δὲ θυσιῶν precibus & sacrificiis. ^a

§. 2. Ab initio solæ Præces cultum universon confecerunt, quæ accedentibus deinde sacrificiis nunquam neglectæ fuerunt in cultu sacro. ^b Triplicis autem generis sunt Præces vel δέησεις bonorum petitiones, vel προσευχαῖ malorum deprecationes, vel denique εὐχαριστία gratiarum actiones pro acceptis beneficiis. ^c

§. 3. Di-

^a Per sacrificia damus, per præces accipimus. Hoc reciprocum & mutuum religionis vinculum est, quo Deo nos, & nobis Deus religatur. Utrumque occurrit JACOBI IV, 8. *Accedite ad Deum ut sacerdotes spirituales, & accedet ad vos ea suppeditando, quæ petitis.*

^b Precum necessitatem in cultu sacro & necessariam cum sacrificiis conjunctionem ostendit Clariss. ZORNIVS in Opusculis Sacris Tom. I. p. 318. Utrumque jungitur PSALMO L, 14. 15.

^c Notandum hoc discrimen in verbis Apostoli PHILIPP. IV, 6. ubi προσευχή, δέησις & εὐχαριστία conjunguntur, quæ uno nomine ἀντήματια generaliter appellantur. Gratia-

§. 3. Distinguendæ etiam Preces publicæ sunt a privatis. Publicæ fuerunt illæ, quas in Panathenæis pro Atheniensium & Plataensium salute dixit Præco. Privatæ vel domi vel in templis fusæ, & quidem bis de die, quod HORATIVM fecisse, colligimus ex Oda V. lib. IV, ^a

§. 4. Objectum precum plerumque Jupiter fuit, ex cujus gemino dolio bona malaque omnia prodire dixerunt, ut HOMERVS Iliad. XXIV. 527. Præter hunc reliqui etiam Dii exorati sunt, & ii imprimis, qui rei petendæ præfuerunt. Neptunum navigantes, Minervam obsessæ urbes, bellatores Martem, Mercurium negotiantes implorarunt. ^b

O 4

§. 5. Ut

Gratiarum actionem imprimis esse necessariam agnovērunt homines a Christo alieni. Eutiphron rogatus, quæ Deo offerenda sint dona? respondit: *Τί δὲ οἷος ἄλλο, ἢ τιμὴ, καὶ ἡμέρας, καὶ χάρις, nihil sane præter honorem, venerationem & gratiarum actionem*, cum quo convenit fere illud presbyterorum Epinicium APOC. V, 13. Vide de hac re PFANNERI Systema Theologiæ gentilium purioris cap. XVI. §. 26.

^a Et Hebræi bis preces dixerunt sub tempus sacrificii Jugis matutini & vespertini. DANIELIS IX, 21. PSALMO CXLI, 2. Addiderunt alii tertium tempus nempe meridianum. In templa quorundam Deorum sub meridiem intrare non licuit, ne dormientes & meridianantes interpellarent. Hujusmodi somnus Baali datur I. REGVM. XVIII, 27. 29. Vide SCHLICHTERI Decimas Observ. XXXV. p. 291.

^b Interdum Deos Deasque omnes, ne quod numen neglectus irritaret, interdum & dubio nomine Deum aliquem invocarunt. Exemplo esse potest OVIDIUS, qui fasto-

§. 5. Ut facilius vinci se paterentur Dii, quos sollicitabant precibus, titulorum blandimentis usi sunt adorantes. ^a Huc etiam refer *προσφωνήσεις* acclamationes & præconia, ut *Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις* magna est Diana Ephesia. ^b

§. 6. Materia precum varia fuit, interdum iusta & pia, cum in exordio ardui alicujus operis

fastorum lib. IV. v. 829. ita precatur: *Quosque piunt est adhibere Deos advertite cuncti.* Quanto sunt feliciores, qui unum verum Deum adorant, exempti periculo errandi. I. COR. VIII, 5. 6.

^a Hanc *πολυωνυμίαν* & titulorum cumulum esse *πολυλογίαν* illam, quam Christus reprehendit MATTHÆI VI, 7. censet Joh. SELDENUS in prolegomenis Syntagmati de Diis Syris præmissis cap. III. Imprimis celebris fuit *πολυλογία* Attica, unde Athenienses dicti fuerunt *τέτσηες*, notante STOLBERGIO in Dissert. de Battologia. Alii ad materiam ipsam respiciunt, & ejusdem rei continuam repetitionem intelligunt, quos idem Stolbergius adducit. Hymnum Christianorum *πολυώνυμον* LVCIANUS in Philopatriade refert, quem matutinum illum a PLINIO memoratum lib. X. Epistola XCVII. fuisse, putat Thomas SMITH Anglus in Bibl. Univ. Tom. I. p. 74. nec sine veritatis specie, cum hymnus ille matutinus Christo dicatus fuerit, cui varia beneficia in homines collata varia nomina titulosque bene multos meruerunt.

^b Ejusmodi *προσφωνήσεων* habes ACTOR. XIX, 27. Eam adhibere & Deum *μέγαν* dicere est *μεγαλύνειν* LVC. I, 46. PSALMO XLVII, 3. quod acute & vere notat Jac. ELSNERVS ad locum ACTORVM.

ris Deorum auxilium imploraverunt, ut apud ARISTOPHANEM in Ranis v. 912. & THEOPHRASTVM Eth. Char. cap. XV. sæpe tamen & impia & turpis, ut ipsi precantes audiri metuerent, & vix labra moverent, HORATIO teste lib. I. Epist. XVI. ^a

§. 7. In precibus certis formulis uti, solenne fuit, & præmittere quasdam particulas ad excitandam Deorum attentionem. ^b Ad mi-

O 5 feri-

^a Exempla pudendarum precum suppeditabit Cel. LAMPIVS in Bibliotheca Bremensi Class. II. p. 630. seqq. Recte has improbant ipsi homines gentiles, ut SENECA, qui Epistola X. egregie monet: *Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat, sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.* Imo XENOPHON Cyropæd. lib. I. testatur, τῆς ἀθέμισα εὐχομένους ἰμῶν ἐκὸς εἶναι παρὰ τῶν θεῶν ἀτυχεῖν mala petentes recte a Diis repudiari, nec consequi petita. Idem docet JOH. IX, 31. *Novimus Deum non audire peccatores,* & JACOBVS IV, 3. Egregie placent Græci Poëtæ verba:

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἰσθλα κ' εὐχομένοις κ' ἀνύκτοις
Ἄμμι δίδῃ, τὰ δὲ δεινὰ κ' εὐχομένοις ἀπολέξεν.

Jupiter Rex bona & precantibus & non precantibus
Largire nobis, mala & precantibus abnue.

Legi merentur testimonia illa, quæ GATACKERVS profert ad Antoninum lib. III. §. 4.

^b Talis est particula ἀλλά, præmissa sæpe votis, quod ex HOMERO Iliad. I. v. 393. aliisque locis probat Cel. ELSNERVS ad MATTH. IX, 18. ubi idem particulæ usus apparet ἀλλά ἰδθῶν ἐπίθης &c.

fericordiam movendam flebiles promere voces, & lugubres excitare modos solent supplices.^a

§. 8. Gestus precantium varii occurrunt in scriptoribus. Interdum preces Diis obtulerunt stantes, interdum genibus flexis, sæpe etiam in faciem prostrati. Genua flectere HOMERO est γυνάξασθαι Iliad. I. v. 440. Gestus faciem humo admoventium occurrit apud OVIDIVM Metamorphoseon lib. I. v. 375.^b

§. 9. Stantes ad ortum faciem convertunt, quod præcipit OVIDIVS fastorum lib. IV. v. 777. Et Deos quidem supèros adorantes ad cælum extensis manibus orarunt, quod HOMERVS Iliad. I. v. 463. testesque probant alii. Verum Deos marinos implorantes versus mare manus tetenderunt, ut apud VIRGILIVM Æneid. lib. V. v. 233. Denique terram pulsarunt Deos inferos precantes, quod ex HOMERO rursus liquet Iliad. IX. v. 564.^c

§. 10. In

- ^a Testes hujus rei habes apud SCHLICHTERVm in Decimis Sacris Observ. XXXV. p. 276. ubi oppositum piorum silentium ex PSALMO LXV, 2. notat, & רמיה תהלה *tranquillas laudes sine clamore & ejulatu esse putat.*
- ^b Stantium preces occurrunt GENES. XVIII, 22. & MARCI XI, 25. ὅταν σήκῃτε προσευχόμενοι. Genua flectunt adorantes DANIEL. VI, 10. MARCI XV, 19. ACTOR. VII, 60. In faciem prostratus orat JOSVA cap. V, 14. & David 2. SAMVELIS XII, 16.
- ^c Elevationem manuum habes ESA. I, 15. THRENORVM III, 41. aliisque in locis sacrorum scriptorum.

§. 10. In templis precaturi vel Deorum genua prehenderunt, ^a vel manum ori admoventes oscula detulerunt Deorum simulacris. Testis est LVCIANVS *περὶ Φυσιῶν*: Ὁ πένης ἰλάσατο τὸν θεὸν Φιλῆσας μόνον τὴν αὐτῆ δ. Ξίαν. *Pauper Deum propitium sibi reddidit, osculatus tantum dextram suam.* ^b

§. 11. Quoniam autem munera placant hominesque Deosque, ut ait Poëta, precibus addiderunt vota, ut facilius exaudirent precatos Dii. Theano ille apud HOMERVM Iliad V. v. 302. Minervæ vota facit, & peplum & XII. boves illi promittit, si preces orantis ratas esse vellet.

§. 12. Nisi vota Diis oblata sancte præstentur, iram Divinam & omnis generis pœnas derivari in homines crediderunt. Hæc causâ fuit pestis, quæ Græcorum castra vastavit apud eundem Poëtam Iliad. I. v. 65. ^c

§. 13. Pre-

^a Hunc ritum attigimus capite præcedente. Liceat hic addere DOVGTAËVM, qui ex Homero & Pindaro eundem ritum confirmat, & illustrat locum LVCAE V, 8.

^b Idem LVCIANVS de Indis hæc habet: Ἀνασάντες προσβύχουσαι τὸν ἥλιον, ἕχ' ὡς ἡμεῖς, τὴν χεῖρα κύσαντες, *mane adorant Solem, non eodem quo nos more, sed manum osculantes.* Ex hoc loco intelliges, quid sibi velint JOBI verba cap. XXXI, 26. 27. quibus gaudet, se non adorasse Solem manu ori admota.

^c In Hebræorum cultu sacro locum etiam fuisse Votis, nemo nescit. Eorum autem veritatem passim commendant sacra scripta, ut PSALMO L, 14. *Mitte ad Deum vota tua, id est, exhibe, præsta.*

§. 13. Precibus adfinia sunt Juramenta, quæ Dei implorant vindictam, nisi vera dixerint jurantes. Hoc ostendit solennis formula, τοῖς θεοῖσιν ἐπιθρέω, quæ legitur apud ARISTOPHANEM in Ranis v. 532.

§. 14. Vere neque sine causa gravissima jurare est signum animi honesti, & εὖσρκος ἀνὴρ Græcis est Vir bonus, apud Comicum in Pluto v. 62. Sæpius & sine gravi causa jurare indicium est levitatis, quam atro carbone notat THEOPHRASTVS in Characteribus Ethicis cap. XIV. Facile & falso jurare militum est, de quibus Lycurgus, χρηὴ μὲν ἑξαπαλᾶν παῖδας ἀστραγάλοις, πολεμῖσι δὲ ὄρκιοις. Pueros decet fallere talis, milites vero juramentis.

§. 15. Jurarunt levissimi homines non solum per Deos, imprimis eos, qui negotio, quod præ manibus erat, præfuerunt, sed etiam per bestias, per terram, per sidera, flumina, per mortuos, per caput proprium & aliorum. Militibus per hastam, piscatori per retia, regibus per sceptrum, liberis per parentes, discipulis per magistros jurare solenne fuit. ^a

§. 16. Ju-

^a Accurate de hac materia egit Joh. POTTERVS Archæol. Græcæ lib. II. cap. VI. Hinc patet, quam sapienter & sancte Christus vetuerit, levi de causa & per res creatas jurare. Nam illud ὅρκος non ad præcedentia referendum puto, ac si nullo modo permittendum sit jusjurandum, sed ad sequentia, ut omnino nefas sit, per cælum, terram, urbem sanctam & caput jurare MATTHÆI V, 34. seqq. Per Deum solum jurare licet JESA XLV, 23.

§. 16. Juramenta fuerunt vel publica vel privata. De publicis suo loco diximus, cum judiciorum ritus recenseremus. Privata recensere omnia non licet.^a Id solum monemus, jurantium communem fere gestum fuisse, tollere manus ad cœlum.^b

§. 17. Juramentis addendæ Diræ sive Imprecationes, quæ vel publicæ fuerunt, jussu magistratus intentatæ sceleratis, vel privatæ parentum, quæ magnam vim in liberos habere dicuntur,^c & cujusvis de plebe. Formulas afferre horret animus. Eas dabunt ARISTOPHANES Acharn. v. 1148. 1155. Pac. v. 278. 445. & AELIANVS Var. Histor. lib. III. cap. XXIX. aliique.^d

§. 18. Mittimus Diras, (quibus templum fuit Athenis ἱερὸν Ἀρᾶς) & fœderum antiquam rationem breviter spectamus, quæ in antiqua Græcia triplici ratione firmata leguntur, primo πίσει fide, cujus signum erat dextræ junctæ dextrâ,

^a Consule Jac. LYDII libellum de Juramentis.

^b Hunc & reliquos jurantium gestus enarrat Joh. PORTERVS loco citato. Tollere manus ad sidera & Judæis jurantibus frequens fuit. Hinc ipse Deus apud MOISEN DEUTERON. XXXII, 40. *Tollam manum meam ad cœlum, & dico: vivo ego in seculum.*

^c Vide POTTERVM lib. II. cap. V. Exempla habes in Nocho, GENES. IX, 25. & Jacobo GENES. XLIX, 7.

^d Interdum & sibi ipsis, nec sibi solum sed & liberis mala imprecari ausa est hominum malitia. Exempla dabit GROTIUS ad MATTH. XXVII, 25. ubi Judæorum simile factum reperies.

tra, deinde ὄρκω jurejurando, denique Βαμῶν sacrificio, narrante Scholiaste ARISTOPHANIS Acharn. v. 298.

§. 19. Sacrificii ratio hæc fuit. Primo Hostiæ pilos, abscissos capite, fœdus ineuntibus distribuerunt. Mactatis deinde hostiis Deos ultores perjurii voce solenni vocarunt. Denique vini libamina addiderunt. ^a

§. 20. Molossorum ritus fuit, dissecare animalia, & precari, ut eodem plane modo perdatur fœdifragus. ^b In universa Græcia hostiarum in fœderum sanctione cæsarum carnibus vesci nefas putarunt, quia devotæ illæ habitæ fuerunt. ^c

CAPVT

^a Mactatis sacrificiis firmare fœdera Hebræorum quoque genti placuit. I. SAM. XI. JEREM. XXXIV. Et Christi sacrificio fœdus cum Deo roboratum esse novimus. Hoc indicatur PSALMO L, 5. Et Christi sanguis αἷμα διαθήκης vocatur MATTH. XXVI, 28. quem locum ex antiquitate repetitis ritibus illustrat GROTIUS. Ritum mactatæ hostiæ fœderalis exponit POTTERVS lib. II. cap. VI.

^b Ex allegato modo JEREMIAE loco idem ritus intelligi potest. OWENVS putat dissectionem servi perfidi huc referendam esse, qui instar hostiæ fœderalis dividendus sit. MATTH. XXIV, 51. in Theologumenis p. 151.

^c Contra Hebræorum gens post fœdera sancita convivii indulget cæsis epulata juvencis. GEN. XXVI, 30. XXXI, 54. 2. SAM. III, 20. cujus moris vestigia in aliis etiam gentibus invenisse sibi videtur STUCKIUS Antiq. Convivialium lib. I. cap. XL.

CAPVT XXI.
DE SACRIFICIIS.

§. I.

Precibus succedant Sacrificia *θυσία* & *δῶρα*.^a
θυσία nomen habent ἀπὸ τῆς θύειν proprie
 adolere, suffitum facere, odoramenta incendere.
 Nam antiquitus sola thura sine hostiis addita
 sunt frugum primitiis & libaminibus, cum mos
 fuit iubente Triptolemo θεὸς καρπῶν ἀγάλλειν,
 Deos honorare frugibus, id est, primitiis.^b

§. 2. Cum deinde animalia Diis offerri
 cœpta essent, verbum *θύειν* animalium macta-
 tionem, & *θυσία* hostiam notare cœpit.^c Quis
 primus

a Voces illas Plato distingui voluit, quem citat FEITHIVS
 Antiqu. Homer. lib. I. cap. VIII. Eodem modo **תָּבַח**
תְּמִנָּה sacrificium & donum distinguuntur PSAL-
 MO XL, 7.

b Xenocrates apud Porphyrium testatur : *δίκαιον θεοῖς,*
ἀφ' ὧν ἂν ἔδοσαν ἡμῖν ἀφελίμων ἐς τὸν βίον, ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι
 justum est Diis earum rerum, quæ vitæ utiles dantur,
 dare primitias. Eum ergo in finem instituta fuerunt
 festa Græcorum *θαργῆλια*, *θαλύσια*, & *ἀρχαία*, quibus
 offerre primitias decuit. Notæ sunt Judæo-
 rum primitiæ **בכורים**. De utrisque & Hebræo-
 rum & gentium aliarum legi meretur SPENCERVS de
 legibus Hebræorum ritualibus lib. III. Diss. I. c. IX.

c Eundem actum sacrum significat verbum *ἀγαγεῖν* LVCAE
 II, 22. ubi Christum, ut filium primogenitum, adeo-
 que Deo sacrum instar sacrificii oblatum a parentibus
 fuisse monet Clariss. ELSNERVS. Frequentius apud scri-
 ptores est vox *παισάγειν*, eademque occurrit ROM. XII, 1.

primus Græcorum animalia obtulerit, incertum est. Quidam Melisseum Cretæ Regem, alii Phoroneum Ægyptium, multi Meropem hujus rei auctorem faciunt. ^a

§. 3. Paulatim adeo hostiarum & sacrificiorum numerus & pretium crevit, ut cohiberi legibus hominum insania debuerit, qui munerum sumtuosa magnificentia vincere Deos conati fuerunt, ausi etiam, si quid mali ipsis accideret, Diis oblata magno numero sacrificia obicere, cujus rei exemplum habes apud ARISTOPHANEM in Pace v. 385. & 395. ^b

§. 4. Præ-

^a Primus hominum reliquis prævisse in offerendis sacrificiis videtur. GENES. III. 21. ubi pelles, ex quibus confectæ sunt vestes, hostiarum fuisse videntur. Ejus filios mactasse Deo victimas certum est. Patriarchis divinam legem hunc colendi Dei modum ostendisse, neque humanæ sed divinæ originis esse sacrificia, recte statuitur. Vide ZORNII Opuscula Sacra Tomo I. p. 411. Ab Hebræis ad Phœnices & Ægyptios, ab his ad Græcos, propagata eadem videntur. Lepida est sacrificiorum origo, quam OVIDIUS comminiscitur fastor. lib. I. v. 349.

*Prima Ceres avidæ gavisæ est sanguine porcæ,
Ultra suas merita cæde nocentis opes.*

^b Lycurgus sacrificiorum luxum ideo legibus coercuit, ὅπως μηδέποτε τιμῶντες τὸ θεῖον διαλείπωμεν, ut valeamus cultum numinibus perpetuum præstare non exhaustis hostiarum nimio sumtu opibus. Dissuadent eundem luxum Philosophi. Audi SENECAM de beneficiis lib. IV. cap. IX. Nec ille collatis eget, nec nos illi quicquam conferre possumus; quæ verba preclara respondent

§. 4. Præcipuum in sacrificiis animal, bos fuit, unde *βασυλειν* Græcis est magnifice sacra facere apud ARISTOPHANEM in Pluto. v. 820. Idemque animal Jovi Deorum maximo sacrum fuit, ^a præter arietem & capram. Marti canes fuisse immolatos tradit PAVSANIAS in *Laconicis* cap. XIV. Apollini taurus & capra & agni primogeniti, Minervæ juvenca & ovis, Mercurio agnus, hædus & gallus, Diis inferis vaccæ steriles, Veneri columbæ gratæ fuerunt. ^b

P

§. 5. Non

spondent Apostoli dicto ACTOR. XVII, 25. Stulti ergo sunt divites, qui ob majorem hostiarum numerum se Deo gratiores pauperibus esse putarunt, quibus obviam ire Christum puto MATTH. V, 3. *Beati pauperes*, quæ & sententia est Alexandri MORI in hunc locum. Certe simplicem piæ mentis cultum jucundiorẽ Deo esse operosis malorum sacrificiis OVIDIUS fatetur Tristium lib. II. Elegia I. v. 75.

Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum,

Sic capitur minimo thuris odore Deus.

Adde huic PERSVM in Satyræ secundæ fine. Idem inculcant sacri scriptores PSALMO L. ESA. I. MARCI XII, 43. quem locum testibus firmat Cel. ELSNERVS in observationibus.

- ^a Ideo Barnabæ, quem Jovem esse putarunt, *bobem coronatum* mactare voluerunt Lystrenses ACTOR. XIV, 13.
- ^b Abrahamus turturem & pullos columbinos Deo obtulit. Per illum commoratio in deserto, per hos habitatio tuta & constans in Canaane significabatur judice BOCHARTO in Hierozoico Parte II. lib. I. cap. V. Puerperas Hebræorum columbas aut turtures non amoris Dææ, sed auctori conjugii Deo sacrasse novimus. Lvc, II, 24.

§. 5. Non simplicia solum Sacrificia Diis suis obtulerunt Græci, sed & plura simul animalia, vel varii generis, ut suem, hircum & arietem, quod sacrificii genus τειττον dixit ARISTOPHANES in Plut. v. 816. vel ejusdem generis, ut Hecatomben. ^a

§. 6. Eo dementiae processerunt Græciæ veteris incolæ, ut sacrificia pecorum vel sumtuosissima spernentes humanas hostias offerendas putaverint. Bacho puerum pubescentem immolatum fuisse, PAVSANIAS testatur in Bœoticis cap. VIII. Nota est historia Iphigeniæ, nota etiam Athamantis mens, qui Phrixen & Hellen immolaturus Jovis consilio impeditus est. ^b

§. 7. La-

^a Hecatombe non centum boves præcise, sed magnum & incertum bouum numerum significare videtur. Eustathius non boves sed pedes centum numerat, laudatus a FEITHIO Antiq. Homer. lib. I. cap. IX. Laconas pro centum urbibus centum boves mastasse Strabo refert apud eundem. Pylis Neptuno MD. boves obtulisse auctor est HOMERVS Odyss. III. v. 59. Majori tamen hostiarum numero splendidum illud templum Salomoneum superbivit I. REGVM VIII, 63. quarum pretium immensum, quantum! superat sacrificium Christi, quod initiando templo spirituali, id est, Ecclesiæ aptius fuit sacrificiis omnibus brutorum.

^b Phœnices, Carthaginenses, Germani aliique populi eodem se scelere olim maculasse dicuntur. Ammonitarum

§. 7. Lacedæmonii imprimis notandi videntur, qui nobiles & selectos juvenes ad aram quotannis atrociter cædere non dubitarunt, & ita cædere, ut animam cum sanguine e vulneribus manante multi dederint. ^a Athenienses vero hominem aluerunt facinorosum, quem *Φάριμακρον* dixerunt, difficili reipublicæ tempore immolandum ad placandam Deorum iram. ^b

P 2

§. 8. Re-

nitaram infantes Molocho immolantium immanitas ignota esse nequit. Vide Dissertationis nostræ de Propitiatorio Prolegomena §. 3. Videntur agnovisse homines, animalium sanguinem propitiando Numini non satis aptum esse, nec sufficientem. Athamantis historia ex Abrahami filium jussu Dei mactaturi facta, Iphigenia ex filia Jephthæ fabricata a fabulatore videtur.

^a Sævitiâ hanc Laconum cum Baalitarum vulneribus in Dei sui honorem cultrorum ope factis confert DOUGLASS in Analectis sacris ad I. REGVM XVIII, 28. Parte I. p. 176.

^b Paulus ergo cum se ac reliquos Apostolos habitos esse queritur *ὡς περιπατάμεθα τῷ κόσμῳ* ut sacrificia piacularia pro populi peccatis mactata, simul indicat, se pro hominibus haberi scelestissimis & contemptissimis, quod docte notavit Vir Clarissimus Lambertus Bos, magno literarum Græcarum damno præmatura morte defunctus, in notis ad hunc locum. I. COR. IV, 13.

§. 8. Redimus ad Animalia sacrificiis destinata, quænam sacro usui, quæ contra inepta fuerint, visuri. In cunctis desiderabatur Integritas *τελειότης*, quod ex HOMERO Iliad. I. v. 66. colligere licet. ^a Boves non alii admissi ad altare fuerunt, quam ἀζυγες jugum ferre indociles. Ex lege enim Solonis non licuit βῶν ἀρότην θύειν mactare bovem arantem teste AELIANO Var. Hist. lib. V. cap. XIV. ^b

§. 9. Præ-

^a Præceptum divinum de necessaria sacrificiorum Integritate Noachidis fuisse notum narrant Judæi in Gemara Avoda Sarah. pag. 33. editionis Edzardianæ. Scriptæ Hebræorum leges sæpius inculcant, non alia Deo placere animalia, quam תמימים perfecta. Et in sacrificiis spiritualibus idem postulatur MATTH. VI, 48. ad ROMAN. XII, 1. Consuli meretur Venerandus HOTTINGERVS, Vir eruditæ Pietatis laude ornatissimus, mihiq; Amicissimus, qui Heidelbergæ dissertationem edidit altero abhinc anno de Victimarum Integritate & Mysterio. Nec potuit mancum & impurum esse illud animal, ut hoc *ἐν παροδῷ* moneam, quod offerentis peccata ferre debuit. Hæc enim & gentium animis insedit opinio, quod probat Doctiss. ZORNIVS in Bibl. Ant. & Exeg. p. 355. Hinc manavit illud Judæorum: Τὸ αἷμα αὐτῆ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, in nos ut sacrificia piacularia derivabitur culpa. MATTH. XXVII, 25. & ACT. XVIII, 6. quem posteriorem locum explicat Cl. ELSNERVS in Obs.

^b Et vaccam injugem obtulerunt Græci, quod cum lege divina DEUT. XXI, 3. confert Vir summus Samuel
BOCHAR.

§. 9. Præter animalia sacrificiis destinata alia etiam fuerunt sacra Diis, non mactata, sed in eorum honorem dimissa & libertati perpetuæ addicta, quæ Græci ἀνεῖρα vocant. Ita Cæsar equos consecravit & sine custode dimisit apud SVETONIVM in ejus vita capite LXXXI. ^a

§. 10. Hactenus sacrificia ipsa, nunc sacrificandi ritum considerare lubet. Antequam hostia ad aram deducta fuit, eam coronis ornant Græci, quod ex VIRGILIO licet cognoscere Æneid lib. II. v. 186. Inaurata decoris ergo interdum fuisse boum cornua, HOMERVS testis est Odyss. III. v. 426. ^b

P 3

§. II. De-

BOCHARTVS in Hierozoico Parte I. lib. II. cap. XXXIII. Animalia sacris usibus apta ea tantum sunt, quæ usibus humanis nondum mancipata fuerunt. Christum ideo pullum asini, qui sessorem nondum expertus fuerat, elegisse ad MARCI XI, 2. notat Hugo GROTIUS in notis.

^a Ex Athenæo aliisque scriptoribus de his differit, eaque cum hirco Azazel, qui ab *abeundo* & *emittendo* nomen adeptus est, confert laudatus modo BOCHARTVS ibidem capite LIV. fin.

^b Ταύρους καὶ σίμματα Jovi offerunt Lystrenses, id est, boves coronatos ACTORVM XIV, 13. Christum *spinea corona* gravatum ut hostiam coronatam considerat Jac. LYDVS in florum sparsione ad passionem JESU Christi p. 166. Ritum *inaurandi* cornua hostiarum Judæis & Græcis communem fuisse ostendit Vir Clarissimus & in hoc studiorum genere versatissimus Joh. Gothfr. LAKE-MACHER Observatione III. partis primæ.

§. 11. Deductæ ad aram victimæ capiti mola falsa imposita est, quam Græci *ἐλοχύτην* dixerunt, ut apud HOMERVM Iliad. I. v. 449. Evulsi deinde a fronte pili coniecti sunt in ignem, apud eundem Odyss. III. v. 445. ^a

§. 12. Interea fusæ preces ad ea impetranda, quorum causâ mactatæ vel mactandæ erant victimæ. Additi precibus hymni sacri, quos in Deorum honorem decantarunt pueri & puellæ. Noti sunt hymni Homeri, Orphei, Callimachi & aliorum. ^b

§. 13. Vi-

^a Molam Latinorum ex Hebræo מלח sal deducit Johannes TURNER Anglus, qui nomen Pontificis ex vocibus Hebræis מלח פונה פונה derivat, in Bibliotheca Universali Tomo XV. p. 53. Molæ falsæ origo ex more veterum fluxit solas fruges offerentium fatente OVIDIO fastorum libro I. v. 337. Hinc ergo far, cui Sal addebatur *θεοφιλέστατον*, quod omnibus adesse debuit sacrificiis. LEVITIC. II, 13. MARCI IX, 49. *πᾶσα θυσία πρὸς ἀλιθίσταται* omnis victima igne salietur, ubi ad molam falsam igni injectam respici putat Lambertus Bos. Alia mens fuit GROTIÏ, qui *ἀλιθίσταται* idem esse quod *consumi* arbitratur.

^b Hymnos Hebræorum sacros, quis nescit? Continent illi & Dei laudes, & salutis gaudium, & Dei colendi præcepta, ut hymni Deorum. Eisdem a Levitis Novi Testamenti exspectat Apostolus COLOSS. III, 16. Quemadmodum vero pueri & puella hymnos sacros in Deorum cultu cecinerunt, ita Hosianna Christo acclamaverunt *οἱ πᾶδες* MATTHÆI XXI, 15. quod observat SCHLICHTERVS in Decimis S. Observatione XXX. Vide de Hymnorum sacro usu SPANHEMIVM ad Callimachi principium.

§. 13. Victima ipsa deinde securi percussa est, teste HOMERO Odyss. III. v. 449. ejusque jugulo suppositi cultri, quos *μαχάριος* idem appellat in hymno in Apollinem v. 537. ^a Victimæ Diis superis dicatæ cervix sursum reflectebatur, Diis inferis sacratæ deorsum. ^b

§. 14. Sanguinem jugulatae victimæ excipit patera, quam Græci *σφαγῆιον* & *ἀμνιον* vocant. ^c Quo facto victimam excoriare & dissecare poparum labor fuit, cujus rei testis imprimis est HOMERVS Iliad. I. v. 459. ^d

P 4

§. 15. His

^a Ejusmodi *Μάχαιον*, cujus ope jugulantur & dissecantur victimæ, intelligi HEBRAE. IV, 12. verosimile est. Nexus huic explicationi favet, quod statim monebimus. Eodem cultro sed obliquo tentatum est, an spontaneæ essent victimæ, teste SERVIO ad Virgiliti *Æn.* XII. 173.

^b Cervicem sursum flectere est *τραχηλίζειν* notante Ampliff. CUPERO Observat. lib. I. cap. XII. Pergit ergo Apostolus HEBR. IV. in eadem metaphora. Cum verbi divini vis interiora cordis pervadit, *πάντα γυμνά & τετραχλισμένα* omnia oculis exponuntur, velut in hostiis, quarum reflexa est cervix.

^c Vox *ἀμνιον* Syrae est originis. Syri enim vasa *כנאי* vocant, per metathesin *Amne*, teste BOCHARTO loco citato cap. XXXIII.

^d Iterum vocandus est in partes locus HEBR. IV, 12. ubi culter divini verbi dicitur *διεννείσθαι ἄχρι μερισμῶν* — *ἀρμῶν τε & μεσῶν* pervadere omnia usque ad divisionem compagium & medullæ.

§. 15. His rite paratis coxæ pinguedine obvolutæ & farre conspersæ una cum abscissis carniū crudis partibus aræ impositæ fuerunt cremandæ, quod docet HOMERVS Iliad. v. 461. & Odyss. XIV. v. 420. ^a

§. 16. Aversos ab Hostiis oculos ad Altaria convertimus, quæ comburendis in honorem Deorum sacrificiis inservierunt, quamvis non defuerint βαμοὶ ἀναμνηστοὶ & ἄπυροι altaria a sanguine & igne non tangenda. Talis fuit ara Apollinis in Delo, de qua LAERTIVS loquitur in vita Pythagoræ. Ara Veneris Paphiæ precibus & igne puro adolebatur, affundere illi sanguinem vetitum, referente TACITO Historiarum lib. II. cap. I. ^b

§. 17. LO-

^a Coxæ five femora generationis & ambulationis præcipua sunt instrumenta, eamque ob causam Diis sacra, qui harum rerum, quæ præcipuæ sunt in vita hominum, curam singularem gerunt. Hujus rei testem Eustathium citat POTTERVS lib. IV. cap. IV. Has animalium partes comedere Judæi nefas putarunt, ob tactum ab Angelo Jacobi femur GENES. XXXII, 33. quo signo Jacobus monitus est, proditurum ex femore suo semen numerosum & illud imprimis, in quo omnes terræ gentes hæreditaturæ erant benedictionem.

^b Altare Græcis βῶμος vocatur a βῶς scando, vel במה altum esse, quæ utraque vox a verbo נבב ire, venire descendit. Altaria enim Deorum superiorum interdum miræ fuerunt altitudinis. Nota est stupenda pyramidum Ægyptiarum altitudo, quas Solis altaria fuisse verosimile est. Per gradus igitur ascendere necesse

§. 17. Locus altarium varius fuit. Nam in littore exstructa memorat HOMERVS Iliad. XI. v. 807. ad fontes, idem Iliad. II. v. 305. In privatis aedibus posita vides apud VIRGILIVM Æneid. lib. II. v. 512. ^a Imprimis vero in lucis & montibus vel sine templis, vel in ea templorum parte, quæ *Βωμὸς* vocatur. ^b

§. 18. Materia altarium multiplex fuit. Primo ex cespitibus congestis, deinde ex lapidibus, vel latere cocto, denique ex marmore surrexit altarium moles. Memorabile est altare Apollinis *Σωδία*, quod ex cinere holocaustorum, & corneum illud, quod ex animalium mactatorum cornibus compactum fuit, de quo

P 5

CAL-

cesse fuit, quod Hebræis non licuit facere EXODI XX, 26. Vid. SPENCERVS de leg. Hebr. lib. II. c. VI. §. 7. II. Altari Veneris Paphiæ simile est altare suffitus apud Hebræos. In memoriam rerum gestarum exstructa olim altaria refert DOUGTAEVS in Analectis Parte I. p. 116. notatque ejusmodi monumenta statuisse Josuam & Hebræos ad Jordanem ad transitus memoriam conservandam JOSVAE IV, 9. & clarius JOSVAE XXII, 10.

a In aedium tectis fuisse altaria ex 2. REGVM XXIII, 12. constat. Eodemque in loco veneficia & artes magicas exercuerunt sagæ, quas ideo *teglularias* dixerunt.

b Morem hunc gentium imitantes Judæos graviter increpat Deus Israelis. DEUTERON. XVI, 21. *Non plantabis tibi lucum, nec ullam arborem, juxta altare Domini Dei tui, quod facies tibi.* Confer & 2. REGVM XVII, 32.

CALLIMACHVS in hymno in Apollinem v. 60. 63. cecinit. ^a

§. 19. Dedicata certo alicui Deo altaria interdum inscriptione aliqua, & inciso illius Dei Deæve nomine a reliquis distincta fuerunt. ^b Et pro Deorum discrimine diversa quoque fuit structura. Diis cœlestibus altare, ara humilior terrestribus, fovea inferis fuit, cui infundi victimarum debuit sanguis. Græci λάκκον & βόθρον vocant. ^c

§. 20. Impositis ergo Aræ sacrificiorum carnibus affusum est vinum, quod λείβειν Græci dicunt, ut apud HOMERVM Iliad. I. v. 462. & σπένδειν apud ARISTOPHANEM in Nubibus v. 462. ubi tres præcipuæ sacri cultus partes recensentur θύειν, σπένδειν, & ἐπιθήναι λιβανωτόν, mactare, libare & thura adolere. ^d

§. 21. EX

^a De varia Altarium materia diligenter commentatur POTTERVS lib. II. cap. II. Altare Apollinis corneum forte ex male intellectis Judæorum institutis ortum est. Deus enim EXODI XXVII, 2. *quatuor cornibus instruere altare* iussit, quæ *cornua* more loquendi Hebræis familiari *anguli* sunt, non animalium cornua.

^b Exempla inscriptionum affert POTTERVS loco citato. Exemplo esse potest altare θεῶ ἀγγείων inscriptum Act. XVII, 32. Altare Hebræorum ex cæsis instrumento ferreo lapidibus condere nefas EXODI XX, 22.

^c Ritus infundendi in foveas sanguinis invenit LEVITICI XIX, 26. EZECH. XXX, 25. 26. Clariss. ZORNIVS Bibl. p. 611. cui præluxit SPENCERVS lib. II. cap. IX.

^d Imitantur Græci Hebræorum libamina נסכים. Deducta hinc metaphora PHILIPP. II, 17. ubi Apostolus

§. 21. Ex reliquis hostiarum carnibus pars cessit sacerdotibus, quos ali sacris sportulis par fuit. ^a Reliquum cessit iis, qui sacras Victimās obtulerant, materia læti convivii. ^b

§. 22. Cum

lus sacrificio Christi *libaminis* instar affundi cupit, & innocentiam mortis Christi morte & sanguine suo testari. Ad libamina adhibuerunt vinum, ob eamque rem *bitis* dicitur מִשְׁכַּח אֱלֹהִים *letitiam Deo addens* affuso sacrificiis libamine. JUDIC. IX, 13. quod notavit DOCHISL. SCHLICHTERVS in Decimis S. p. 408.

- ^a Legi hac de re meretur POTTERVS lib. II. cap. III. Sacerdotes quoque Ægyptios nutritos fuisse reliquiis sacrarum epularum narrat Historiarum lib. II. cap. XXXVII. HERODOTVS. Gens utraque duces Hebræos sequuta est, unde rectissime Apostolus I. COR. IX, 13. tradit ut rem notissimam: *eos, qui sacris ministrant, ex sacris nutriri, & altari assidentes participes fieri altaris h. e. donorum sacrorum.* Quoniam sacrificiorum interdum tantus fuit numerus, ut consumere sacras carnes non potuerint sine tædio sacerdotes, superflua vendiderunt iidem, quæ emere & comedere Christianis permissum non fuit, ne communionem cum altari idololatræ & Deorum donis inirent. I. COR. X, 25. Consuli Cel. WOLFH *Curas Criticas* in hunc locum, si licet & vacat, cupio.

- ^b Prima Convivia e Deorum cultu & sacrificiorum ritibus derivanda videntur. Hinc *μεθύσει* inebriari est quasi *μετὰ τὸ θύσει* post sacrificia mactata, cum carnibus hostiarum reliquis vesci cum amicis vix potuerint, ut non simul Bacho & genio indulserint. Recte ergo Diogenes Cynicus apud Laertium reprehendit, *τὸς θεούτας μὲν ὑπὲρ ὑγιείας, ἐν αὐτῇ δουρίᾳ κατὰ τῆς ὑγιείας δειπνῶντας* *sacra facientes ad sanitatem obtinendam & conservandam, in sacris autem adversus sanitatem epulantes.* Sacras epulas Hebræis quoque in usu fuisse patet ex

LEVIT.

§. 22. Cum igitur Dii vesci oblati donis putentur, unde sacrificium HESIO DO vocatur *δαις ἀθανάτων*, Ἑβρ. *קדש הים*. v. 353. unde juxta aras positæ cum ferculis fuerunt mensæ Diis sacrae, unde & Pythagoræi Dæmonas nidore sacrificiorum pasci affirmarunt, ^a sequitur homines iisdem victimis vescentes Deorum esse convivas, ut habet HOMERVS Iliad. I. v. 423. ^b

CAPVT

LEVIT. VII, 15. JUDIC. XVI, 23. DEVT. XXVII, 6. 7. AMOSI II, 7. Vide SPENCERVM lib. III. Diss. I. cap. VII. Huc referendæ etiam Christianorum Agapæ, sive convivium in memoriam sacrificii Christi, & cum S. Cænæ usu celebrata. Vide Theologi summi, Alberti SCHMACHERI, Præceptoris mei ad cineres colendi dissertationes eruditissimas de Conviviis Veterum Eucharisticis.

^a De Pythagoræis hæc tradit CUPERVS Observationum lib. II. c. III. Sacrificium Noachi dicitur *ריח ניחוח* odor jucundus in Dei naribus GEN. VIII, 21. quod tamen ad opinionem Pythagoræorum defendendam nil quicquam facit. Improperie hæc de Deo esse intelligenda patet ex PSALMO L, 13, & idem sensus est locis NUMER. XXVIII, 2. MALACH. I, 7. ubi altare *Dei mensa* vocatur. Vide ZORNI Bibliothecam. p. 614.

^b Hinc patet, quid sit *κοινωνὴς εἶναι τῆ θυσίας* nempe edere ex illo animali, cujus pars oblata in altari fuerat. I. COR. X, 18. & v. 20. *κοινωνὴς γίνεσθαι τῶν δαιμονίων* non est vesci carnibus dæmonum, sed eodem cum iis animali vesci, ejusdem cum Diis cibi fieri participem, quod contra Godfriedum OLEARIVM ostendit Jac. ELSENERVS ad v. 21. Et ita Christi *carnem comedere*, ejusque *sanguinem bibere* est participem esse illius sacrificii expiatorii, quod Deo oblatum fidelem animam nutrit & alit, adeo ut illa particeps fiat *mensæ Domini*, quæ opponitur mensæ idolorum, id est, altari Deastrorum.

CAPVT XXII.

DE CONVIVIIS.

§. I.

SACRAM Conviviorum esse originem, modo notavimus. De his ergo eorumque præcipuis ritibus pauca pro more nostro dicere non alienum ab hoc loco videtur. Cum autem tria præcipuâ fuerint cibi capiendi tempora, matutinum, ubi ἄριστον & ἀρχαλισμὸν, meridianum, ubi δείπνον, & vespertinum, ubi δόξωον capere mos fuit; convivii destinatum plerumque fuit tempus vespertinum. ^a

§. 2. Convivia fuerunt vel publica vel privata. Publica fuerunt vel totius populi, vel universæ tribus, quæ Græci vocant συσσίτια & πανδυσίας generali nomine, specialiori vero Φυλετικά, Φρυγικά, δημοτικά. Sumtus iis impendendi vel ex collectis vel ex fisco redierunt. ^b

§. 3. Con-

^a Ἄριστον posteris seculis notavit prandium, δείπνον cœnam, ἄριστον tamen cibum matutinum significat JOH. XXI, 12. Frequens in sacris est mentio Cœnæ τῆς δείπνης LUCÆ XIV, 16. & alibi, quo nomine cœlestia gaudia indicantur, post exantlatos hujus vitæ labores, sedato perfectionum æstu, extincta vitæ luce, non sine epulis bonisque abundantissimis.

^b Epulas hæc communes & publicas cum Christianorum Agapis confert STOLBERGIVS in Dissertatione Vta adjecta Tractatui ejus de Solæcisinis Novi Testamenti. Commune Gentis convivium habes EXODI XXXII, 6.

§. 3. Convivia privata rursus triplicis fuerunt generis, primo γάμος nuptiæ, secundo εἰλαπίνη sive εὐωχία & δεῖπνον ἀσύμβολον, quod unius hominis liberalitati debetur, & denique ἔρανος, quod ex collatis convivarum ferculis componitur, alias θιάσος, cujus focii dicti ἐρανισαὶ & συνθιάσαται. ^a

§. 4. Partem, quam quisque ex æquo contulit, Græci vocant συμβολήν. Excepti a conferendi necessitate fuerunt Poëtæ & cantores, qui ἀσύμβολοι dicuntur, quibus curæ fuit, menti parare epulas & festiva gaudia. Adde his παρασίτους adulatores, sine sumtu laute viventes, quod Græcis est θύειν ἀκαπνον. ^b

§. 5. Cognata

^a Mysticum animæ sanctæ cum Christo vinculum convivio simile est, sed ἐράνω, ubi Christus hospes noster delicias omnes, dotes, virtutes, fidem, amorem, spem & quicquid boni est in nobis, animæ infert, usque cum gaudio fruitur. Apoc. III, 20. *Ego cœnabo cum illo, & ipse tecum.* Speciem aliquam ἐράνης collecti ex symbolis convivii apud Corinthios sibi invenisse videtur RAPHELVS in verbis I. COR. XI, 20. *συνερχομένων ἡμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ vobis ex æquo ad convivium coeuntibus* in Annotat. Xenophon. ad hunc locum.

^b Vox παρασίτης interdum leniorem significatum induit, eumque notat, qui non invitatus amico vocato it comes, quem Latini umbram appellarunt, ut HORATIVVS, lib. I. Epistola V.

locus est & pluribus umbris.

§. 5. Cognati & sanguine juncti sponte accesserunt ad Convivium, reliquos amicos & convivas invitari necesse fuit per servum, quem κλήτορα vocant Græci. Et invitati quidem iterum vocati sunt cœna parata, quod ex ATHENÆO liquet lib. VI. Qui non invitati sese ingesserunt, μυῖαι muscæ ob impudentiam dicti sunt. ^a

§. 6. Ante Cœnam lavari & ungi necesse fuit, quod constat ex ARISTOPHANIS Vespis v. 1207. seqq. Plerumque autem ex balneis accesserunt ad convivium, ut in cœnaculo nihil præter manus pedesque ablui per servos oportuerit. ^b

§. 7. Se-

^a Καλεῖν est vocare vel invitare ad convivium, ut I. COR. X, 27. εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων si quis infidelium vos invitet ad convivium. Contra convivæ dicuntur συνέρχεσθαι I. COR. XI, 20. (quem locum modo citavimus,) nempe κλητοὶ vocati & κεκλημένοι MATTH. XXII, 3. qui iterum vocantur parata cœna. Nam servi missi sunt, καλεῖσαι τὰς κεκλημένους ut iterum vocent vocatos. In hac cœna illud mirum, consanguineos Christi, five Judæos, qui alias non vocati sponte adsunt, non comparere vocatos. Muscis cœnæ se ingerentibus quodammodo accenseri possunt canes τροπικῆς, quos adducunt convivæ. Hi memorantur LUCÆ XVI, 21. de quibus BOCHARTVS differit in Hierozoico Parte I. lib. II. c. LV.

^b Hæc ad illustrandum locum JOHANNIS XIII, 10. profert ELSNERVS, ostenditque Petrum abluto corpore ὅλον καθαρόν totum mundum fuisse, ut tantum pedes fuerint abluendi. Vide Observat. ejus in hunc locum. Adde illi RAMIRESIUM in Pentecontarcho capite XII. & XIII. Chri-

§. 7. Sedere ad mensam antiquissimi ævi mos fuit. καθέζονται ἐν τοῖς δειπνοῖς οἱ ἥρωες, & κατακέκλιται sedent in conviviis heroës, non accubuerunt, ut ATHENÆVS ait lib. I. c. XIV. ^a Sellæ, quibus usi fuerunt, δίφροι, κλισμοὶ & θρόνοι vocati. ^b

§. 8. Posteriora secula lectis uti, & accumbere mensæ maluerunt, quam assidere. ^c Lecti primo fuerunt straminei & lignei, aucto deinde luxu eburnei ac aurei placuerunt magnatibus. ^d

§. 9. Mensæ

Christus cum pedes discipulorum abluit, *serui formam induit* PHILIPP. II, 7. quia seruorum hoc munus fuit. Ungere & osculari pedes in muliebribus obsequiis olim fuisse docet GROTIUS ad LUCÆ VII, 38. ubi mulier Christi pedes *osculatur & ungit*.

- ^a In scriptis Mosis & Prophetarum sedentes ad mensam, non accumbentes reperies, ut GENES. XXVII, 19. XXXVII, 25. EXODI XXXII, 6. I. SAM. XX, 5. 24. Vide BOCHARTVM in Hierozoico Parte I. lib. II. c. L. & GROTIVM ad MATTHÆI XXVI, 21.
- ^b Hæc nomina recenset POTTERVS libro IV. cap. XX. Vox θρόνος hunc sensum polcere videtur APOCAL. III, 20. 21. ubi cæna occurrit, & statim θρόνος sedes regia & *conversialis*.
- ^c Prima mentio accubitus ad mensam occurrit AMOS II, 8. notante CASAVBONO. Sedendi & accumbendi morem promiscuum deinde Hebræis fuisse observat DOUGTÆVS in Analectis. Parte I. p. 149.
- ^d Lectos stramineos fuisse, Latinorum *torus* ostendit, quod nomen *herbam tortam* indicat. Ex cespite vivo sedilia facere visum est priscais seculis, vel discumbere per herbam MARCI VI, 39. cujus rei memoriam renouant

§. 9. Mensæ Gr. τεράπεζα quasi τετραπέζα quadrupedes, plerumque quatuor pedibus nixæ & quadratæ fuerunt, narrante EVSTATHIO ad Homeri Odyss. I. v. 138. Nec paucas circularis formæ fuisse mundi figuram referentes, tradit ATHENAEVS. ^a

§. 10. Sacræ apud veteres fuerunt Mensæ, eamque ob rem seculi sui corruptos mores deplorans JUVENALIS canit Satyra II. v. 110.

Nullus pudor, aut reverentia mensæ.

Et jurantes mensam tangere consueverunt, teste OVIDIO Amor. lib. I. Eleg. IV. v. 27.

Tange manu mensam, quo tangunt more precantes. ^b

Q

§. II. Di-

runt lecti straminei. Lecti eburnei luxus pudendi signa apparent AMOSI VI, 4. APOC. XVIII, 12. Vide ZORNI Bibliothecam p. 551. qui ex CASAVBONO addit, pedes lecti ob formam *pomo* similem μήλα dici, unde *aureos pedes in lectis argenteis*, non aurea poma intelliges PROV. XXV, 11.

^a Locum Eustathii & Athenæi produxit FEITHVS Antiq. Hom. lib. III. cap. V. Hebræorum mensas rotundas fuisse recte colligitur ex I. SAM. XVI, 11. & PSALMO CXXVIII, 3. aliisque locis. Vide rursus ZORNI Bibl. Antiq. Exeget. p. 540.

^b Communi mensæ assidere & communi sale uti, argumentum est arctissimæ amicitiae. Huc pertinet Christi monitum: ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἄλας, καὶ ἐπιθήνετε ἐν ἀλλήλοις MARCI IX, 50. Adde *fœdus salis* NUMER. XVIII, 19. vide quæ monuimus capite II. Sect. I. Magnum ergo Judæ fuit piaculum, cum Christo uni mensæ assidentis, quem tamen prodidit perfide. Vide ELSNERVM ad JOH. XIII, 18

§. II. Dispositis ad mensam lectis convivæ accubuerunt, ut singulos lectos terni occuparent, quorum secundus in sinu primi, tertius in sinu secundi pedibus reclinatis recubuit. ^a Saturati & fessi in sinistrum cubitum se reponere potuerunt, teste HORATIO lib. II. Satyra IV. v. 39. ^b

§. 12. Ordo & locus discumbentium permissus fuit Arbitrio ejus, qui amicos convivio excipiebat. Græcis locus primus reliquis fuit honoratior. Inter Spartanos, qui cæteris ætate anteibat, idem ordinem ducere, & convivas ad lectos deducere debuit. ^c

§. 13. Ad

- ^a Filius ergo Dei, cum *in sinu patris* esse dicitur, spectatur non solum ut particeps gloriæ cœlestis, quæ convivio comparatur, sed etiam ut charissimus patri. Nam amici proximum amicis occupare locum cupiunt, & in eorum sinu recumbere. JOH. I, 18. Ita JUVENALIS Satyra II. v. 120. In gremio jacuit nova nupta mariti. Et Lazarus *in sinum Abrahæ delatus* communi gaudio fruitur cum hoc fidei heroë. LUCÆ XVI, 22. Dilectissimus Christo discipulus Johannes in ejus quoque sinu accubuit. JOH. XIII, 23.
- ^b Facile itaque fuit Johanni *delabi in latus Jesu* remissa nempe, cui incubabat, manu. JOH. XIII, 25. quod observat ZORNIVS, Bibl. p. 572.
- ^c Persis locus medius honoratior fuit cæteris, si terni adessent, si bini tantum, sinistra plus datum honoris quam dextra, cum illa exposita magis sit infidiis, quod ex Xenophonte RAPHELIVS notat ad MATTHÆI XX, 21. Inter Hebræos locus primus honoratior fuit
ultimo

§. 13. Ad oblectandos nares & oculos fecerunt Coronæ & Unguenta, quibus ornati & delibuti fuerunt Convivæ, teste Scholiaste ARISTOPHANIS ad Acharn, v. 953. 1082. & 1078. Æolum & Jonum mos fuit, coronis non caput solum, sed & collum cingere, quod refert PLUTARCHVS in Symposio cap. I. ^a

§. 14. Multi fuerunt Convivii ministri. Qui portiones carnum ex æquo dividebant & distribuebant, dicti sunt δαίτροι & δαιτύμνες. ^b Qui vinum ex patera poculis infundebant, ονοχόοι, διάκονοι & παῖδες conviviarum pedibus adstantes. ^c

Q 2

§. 15. Ser-

ultimo, unde honoris colligitur discrimen quoddam LUCÆ XIV, 10. Si tres adessent, medius plurimum habuit honoris, quod ex allegato loco Matthæi constat. Vide HEIDEGGERI Historiam Patriarch. Parte II. Exerc. X. §. 12.

^a In Hebræorum quoque conviviiis unguenta locum habuisse ex PSALMO XXVI, 7. & LUCÆ VII, 46. constat, unde oleum vocatur ἴψω ἴψω *oleum letitiæ* PSALMO XLV, 8. Coronam ejusmodi, quæ collum circumdedit, Pharao Josepho concessit GEN. XLI, 42.

^b Ministri Evangelii sunt quasi δαίτροι, quibus incumbit ἐξθροσεμῆν τὸν λόγον recte sciindere & dividere cibum solidiorem verbi divini, ut cuique ea tribuantur, quæ ipsius profectibus in vita spiritali conveniunt. 2. TIM. II, 15. coll. HEBR. V, 12. Fieri tamen non potuit, quin portionum aliæ aliis meliores essent, unde ἀγαθὴ μερίς est *portio cibi optima*. LUCÆ X, 42.

^b Vocantur διάκονοι JOH. II, 5. & quia pedibus adstare solebant, παρεστηκότες. LUCÆ I, 19. VII, 38. XIX, 24. Talis est

§. 15. Servis ad pocula stantibus præfuisse videtur ὁ οἰνόπιης, qui curavit, ut servi æqua lege vinum infunderent, & convivæ æqua sorte biberent. ^a Ab hoc distinguendus ὁ συμποσιάρχης, ἐσιάρχης, & ἀρχιτείκλιος convivii auctor & dator. ^b

§. 16. Tria in honorem Deorum bibere pocula moris fuit, primum & tertium Jovi, medium herōibus sacrum. Propinare sibi mutuo pocula consueverunt Amici hæc formula: Φέρε τύχη ἀγαθῆ quæ exstat apud ATHENAEVM lib. XV. cap. XIII. Aliam exhibet ARISTOPHANES Acharn. v. 975. Φέρε τήνδε Φιλοησίαν. Interdum dicenti προσωίνωσοι καλῶς respondit alter λαμβάνω ἀπό σε ἠδέως. ^c

§. 17. Ne

est Ganymedes in convivio Deorum, raptus ideo in cælum, ut Jovi staret ad cyathos, cujus raptum in voce ἀεπαγμῆ tacite indicari PHILIPP. II, 6. putat Stephanus le MOYNE. Iidem servi & matulam porrigere & foculos mensarios afferre debuerunt, prius notat GATACRERVS in Cinno. lib. II. cap. V. posteriùs ALMELOVEENIVS Amœnit. p. 177.

- ^a Idem videtur esse hic οἰνόπιης, qui Horatio *Rex vini & bibendi arbiter* dicitur libri I. oda IV. & libri II. oda VII. Hinc deducta metaphora, cum Deus dicitur poculum alicui decernere & præbere, id est, certam passionum & adversitatum statuere mensuram. MATH. XXVI, 39. coll. XX, 22.
- ^b Distinguit hæc nomina a titulo οἰνόπιη DOUGLÆVS Analectorum Parte II. p. 58. Αρχιτείκλιος memoratur JOH. II, 8.
- ^c Consule, si placet, POTTERVM Archæol. Gr. lib. IV. c. XX. qui docet, ultimum trium poculorum Jovi σωτήρι dictum τέλειον appellasse Græcos.

§. 17. Ne animus epulis doctrinæ careret, dum pascitur corpus, non raro doctissimis vocibus & colloquiis bonæ frugis plenissimis personuerunt Cœnacula, quod Platonis Convivium, & Athenæi Deipnosophistica docent.^a Propositæ quæstiones *κυλίκοι* & *μνημόνιοι*, sæpe etiam *αινίγματα* & *γρίφοι*.^b

§. 18. Nec defuerunt concentus Musici, quibus convivarum accesserunt cantilenæ, quod ex ARISTOPHANIS Vespis patet v. 1213. seqq. Carmen comopotantium Græci vocant *σκολιόν*, unde *δέχεσθαι τὰ σκολιά* est alternis vocibus decantare in convivio.^c

§. 19. Additæ sunt citharis, tibiis & cantantium vocibus Choreæ five saltationes plerumque finito convivio institutæ, teste THEOPHRASTO Eth. Char. cap. XIII. Ebrios ac vino

Q 3

gra-

a Platonis & Athenæi sermonibus convivalibus infinitis modis præferenda, quæ inter cœnandum salutari prodidit ore Optimus Servator. LVCAE. XII. XIV. & JOH. XII. XIV.

b De his vide POTTERVM loco citato & PASCHALIVM de Coronis lib. II. cap. V. Notum est ænigma a Samfone in cœna nuptiali propositum JVDIC. XIV, 12. seqq. Doctrinam cibo bene convenire supra monuimus capite II.

c Judæi in cœna Paschali hymnis Dei laudes celebrarunt, quod & fecisse Christum narrat MATTHAEVS c. XXVI. v. 30. Idem fecerunt Christiani post S. Cœnam, unde nomen illi adhæsit *ευχαριστίας* gratiarum actionis. Vide ZORNII Opuscula sacra Tomo I. p. 67.

graves adeo ἀμελῶς saltasse narrat ARISTOPHANES, ut rusticorum more crura inhonestius projicerent, in Vespis v. 1475. ^a

§. 20. Cœnæ lautiores sæpe in multam lucem protractæ fuerunt. Nugatur ARISTOPHANES, cum illi, qui insomnis totam noctem vigilasset, promittit præmii loco placentam, in Equitibus. v. 286.

§. 21. Causa tantæ moræ & Epularum fuit varietas, & varia lætitia. Epularum varietas ad tres classes referri potest, Prooëmium, cœnam & mensas secundas. Prooëmium ostrea, brassicam, ova, mulsam &c. Cœna omnis generis delicias, mensæ secundæ bellaria ἐπίδορα ἰσμάλα, τραγήματα exhibuerunt.

§. 22. Remotis mensis poculum ἀγαθὸν Δαίμονιος boni genii, quem cuique homini assistere & menti lætitiam dare communis tulit opinio, bibere solenne fuit, quem morem enarrat Scholiastes ARISTOPHANIS in Vesp. v. 522. & Pac. v. 299. ^b

§. 23. De-

^a Præ aliis Jones saltationibus indulserunt, sed ἑρμελῶς & multa arte moventes corporis membra. Motus doceri gaudet Jonicos Virgo, canit HORATIVS lib. III. oda VI. Judæos finito convivio saltasse EXODI XXXII, 6. multi putant, sed aliam loci explicationem dedimus capite VI. De saltatione religiosa ad aras Deorum egit Ill. SPANHEMVS ad Callimachi hymnum in Apoll. v. 12. Dian. v. 266. & illustrat EXODI XXII, 19. JVDIC. XXI, 20. 2. SAM. VI, 16.

^b Forte huc referendum ποτήριον δαιμονίων. I. COR. X, 21. Ita in fine convivii Christus calicem benedictionis sumfit MATTH. XXVI, 25. notante GROTIUS ad hunc locum.

§. 23. Denique postquam in honorem boni Genii biberant & libaverant, discessum est e convivio missis domum per servos apophoretis, quod habet THEOPHRASTVS Ethic. Character. cap. XVIII. Discedere e convivio est ἀναλύειν ἐκ συμποσίου.^a

CAPVT XXIII.

DE LUSTRATIONIBUS.

§. I.

IN cultu Sacro frequens fuit usus Lustrationum, quas Græci vocant καθαρμός & ἀγνισμός. Nemini enim licuit intrare loca sacra & templa, nisi lotis antea & purgatis manibus, quem in finem in aditu templorum χερνίβα & περιβάλλονήγια posita fuerunt teste HOMERO Odyss. III. v. 440.^b

Q 4

§. 2. Pre-

^a PHILIPP. I, 23. Vox ἀναλύσαι discedere e convivio significat. Coniungitur enim cum phrasi εἶναι μετὰ τῆ χειρῶν quod notat *cannare apud aliquem*, observante Lamberto Bos ad h. l. Paulus ergo delicias convivii cælestis omnibus hujus mundi dapibus præfert. Idem coniungit τὸ σπένδειν cum τῶ ἀναλύσαι 2. ΤΙΜΟΤΗ. IV, 6. quoniam discessuri bono genio libarunt, quod monet ELSNERVS in Observationibus.

^b Templum nemini patuerunt nisi sanctis & puris. Præconi cæterum sacrum roganti, τίνας ἐστί; ille olim respondit: καλοὶ καὶ γαθοί. Spuere & emungere in templis nefas, teste SCHLICHTERO in Dec. Observatione XLIX. Rixis & pugnis

§. 2. Preces dicturos quoque necesse fuit lustrari & lavari, ut puræ manus in cælum tollantur. Aquam flumineam in hunc finem commendat HESIODVS *Egy.* v. 736. & PERSIVS *Satyræ* II. v. 15. ^a

§. 3. Sacrificantium æque necessaria est puritas ac precantium. Non mirum igitur sacra facturos manus ante abluisse, quod ita necessarium putarunt, ut totum corpus laverint Diis superis sacrificia-oblaturi, sparserint tantum Diis inferis hostias mactaturi, quod ex *Æneidos* Virgilianæ libro IV. v. 635. patet. ^b

§. 4. An-

pugnis templa profanare, piaculum. Huc refer illud I. CORINTH. III, 17. *si quis templum Dei perdit*, id est, profanat, & APOC. XXII, 15. *ὅτι οἱ κύνας foris sint canes*, id est, impuri & litibus dediti. Legi merentur doctissimæ Ven. ELSNERI cogitationes ad utrumque locum. Cæterum Græcorum *περιέγραυτησις* respondet Hebræorum pelvis ænea. EXODI XXX, 18.

^a Apostolus jubet *ὁσίας χεῖρας ἐκείων tollere manus sanctas* I. TIM. II, 8. confer PSALMVVM XXVI, 6. Exosæ Deo sunt manus sanguine maculatæ. JESAIÆ I, 15. Ideo Judæi preces dicturi manus lavant, & plerumque ad flumina Proseuchas suas esse volunt, ut fluminea aqua abluï ante preces possint. ACTOR. XVI, 13. quem locum ex gentium ritibus priscis exponit Jac. ELSNERVS. Turcæ quoque ter aqua spargunt caput, oraturi in templis. De horum ritibus ante preces aliarumque simul gentium differit SPENCERVS de leg. Hebr. lib. III. Diss. III. cap. II. p. 170.

^b Ex Macrobio quoque idem ostendit SPENCERVS lib. III. Diss. III. cap. IV. Fuit ergo in usu ablutio & adpersio, uti apud Hebræos, unde *πείνωσθαι* & *λῆσθαι* conjunguntur Hebr. X, 21. 22. *spargi & lavari*.

§. 4. Ante solennem fœderum firmationem necesse fuit lustrari, quoniam fœdera omnia sacrificiis confirmata fuerunt, quæ *ῥυια* appellant Græci. Exemplum lustrationis in fœderum sanctione habes apud HOMERVM Iliad. III. v. 270. seq. ^a

§. 5. Imprimis mysteriis Dei alicujus initiandi, ut Cereris vel Bachi, lustrandi & purgandi fuerunt, qua de re infra cap. XXVI. dicitur, cum de festis & mysteriis Deorum agendi se offeret occasio.

§. 6. Qemadmodum igitur ante rem sacram Lustrationes obtinuerunt, ita quoque impuritate aliqua polluti lustrandi fuerunt extra cultum divinum. Summa impuritas contrahi ex cæde putatur, quæ expiari debuit, teste HOMERO Iliad. VI. v. 267. nisi forte *αἷμα ἀνιπτον* esset, cædes inexpiabilis. ^b

Q5

§. 7. Mor-

a Lustratio populi Israëlitiçi solennem fœderis promulgationem antegressa invenitur EXODI XIX, 5. coll. 10. Impiorum fœdus Deo displicet, PSALMO L, 16. & sacrificium GENES. IV, 7. PROVERB. XV, 8.

b Cædes involuntaria expiationem admisit, lege Hebræorum jubente NVMER. XXXI. 19. Sed Pilati cædes, qua innocentissimum JESUM sustulit, voluntaria fuit & *ἀνιπτος*. Irritus ergo fuit ejus conatus, cum tristia crimina cædis

Fluminea tolli posse putavit aqua; quæ verba sunt Ovidii. Vide MATTHÆI XXVII, 24. Vide & de cæde ipsis gentibus inexpiabili SPANHEMIVM ad Julianum pag. 261.

§. 7. Mortuos impuros putarunt esse Græci, quorum ne monumenta quidem tangere licuit. Testis est THEOPHRASTVS Ethic. Charact. cap. XVII. qui & puerperas in numerum & censum hunc refert. ἄτε ἐπιβήνοια μνήματι, ἄτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, ἄτε ἐπὶ λέχεια nec tangere sepulchrum, nec mortuum, nec puerperæ lectum. Lustrandi ergo fuerunt, quicūque mortuum contigerant corpore. ^a

§. 8. Veneris usum inquinare corpus, firmiter infedit veterum populorum animis. Hinc Sacerdotum continentia & castitas necessaria putabatur, ut monuimus capite XVIII. Pollutos ergo Venere lustrari ac purgari præceperunt. ^b

§. 9. Aqua

^a Eadem Hebræis divina fuasit lex. NUMER. XIX, II. *tangens mortuum hominem immundus sit per septiduum.* Nempe naturalis impuritas hominis in peccatis mortui ita indicari debuit, quam lex Mosis tollere non potuit, nec vitam reddere. Alia est conditio Evangelii vitam peccatori reddentis, & Christo æque ac Apostolis mortuos sine periculo impuritatis tangere permittentis. Judæi vero adeo observantes fuerunt legis, ut dealbarent sepulchra, ne quis incautus inquinaretur eorum contactu MATTH. XXIII, 27. Vide GROTIUM ad MATTH. VIII, 22.

^b Testes hujus rei bene multos in partes vocat SPENCERVS lib. III. Diss. III. cap. V. p. 182. qui recte monet, Pontificem Maximum Judæorum aliquot ante Diem expiationis dies abstinuisse concubitu, idemque præcipi triduo ante legem solenni ritu dandam Hebræorum populo EXODI XIX, 15. Huc pertinet locus APOCAL. XIV, 4. quem supra laudavimus, cum Virgines sacerdotes consideravimus.

§. 9. Aqua præcipuum fuit in Lustrationibus, & imprimis fontana & fluminea, quod ex HESIODI laudato loco *Egy. v. 736.* satis patet. ^a Verum aquam quoque marinam ad lustrationes adhibitam fuisse ex HOMERO constat. *Odyss. II. v. 261.* ^b

§. 10. Aquam lustralem totum corpus abluisse, ex superioribus apparet. Non ignotæ tamen fuerunt adspersiones ope lauri, vel oli-væ factæ, ut apud VIRGILIVM *Æneid. lib. VI. v. 230.* ^c Nonnunquam sordes ac piamina in fluvios aut mare ipsum projecta fuisse, testis est HOMERVS *Iliad. I. v. 314.* ^d

§. II. Ignis

a Lex divina ad expiationes typicas requirit **מִיַּם חַיִּים**

Aquam vivam, id est, perennem, fontanam, LEVIT. XV, 13. ut *fons vite* PSALMO XXXVI, 10. est *fons perpetuo flumine manans*. Apostolus *ὕδατι καθάρων λυεομένων* Sacerdotes spirituales jubet HEBR. X, 22. Confer EZECH. XXXVI, 25. & lege SPENCERVM lib. III. Diff. III. cap. I.

b Eandem fuisse morem Hebræorum ex Philone probat idem Spencerus loco citato. Lepida est conjectura SCHACHI in Myrothecio *mare æneum* Salomoneum templi prioris ab *aqua marina* lustrationibus inserviente nomen tulisse putantis.

c Hebræi lustrandos hyssopo sparserunt, quod cum moribus Græcorum comparat SPENCERVS lib. III. Diff. III. cap. II. Post commissum duplex flagitium Psaltes purgari cupit *hyssopo*, non tamen per sacerdotes, sed per Deum ipsum. PSALMO LI, 9.

d Idem probat MEYERSIVS ad Lycophronis Castandram p. 296. Hunc ritum sordes lustratorum in mare
pro-

§. II. Ignis etiam cum sulphure lustrandi vim habere creditur, quia in metallis idem experimur. Testis est OVIDIVS Metamorphoseon libro VII. v. 261. qui ignem & sulphur aquæ addit :

Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.

Antiquior Ovidio HOMERVS idem confirmat. Odyss. XXII. 481. ^a

§. 12. Affines Igni sunt Cineres, quos in lustrationibus locum habuisse mirum non est. Testis est VIRGILIVS Ecloga VIII.

Fer Cineres Amarylli foras. ^b

Denique & Canes infervisse lustrationibus sacris probant verba THEOPHRASTI σκύλλη ἢ σκύλακι

projiendi deprehendi arbitror MICHAË VII, 19. ubi conversa ad Deum ecclesia orat: *Projicies in maris abyssum omnia peccata eorum.* Quo in loco mare videtur mystico sensu designare *justitiam* JESU CHRISTI æternam & abundantissimam, quod JESA. XLIII, 18. indicatur, *erit justitia tua sicut fluctus maris.*

^a De ignis facultate lustratoria consulendus ZORNIVS in Opusc. Sacris Tomo I. p. 421. Hinc deductam volunt Metaphoram I. COR. III, 15. *συνήσεται, ἕως αἰς δια πυρὸς* servabitur, ut per ignem. Rectius tamen alii ingens periculum indicari volunt, ut *μόλις* fervetur justus. Vide ELSNERI Observaciones ad locum Pauli citatum.

^b Cineres Vaccæ rufæ fuisse inter expiationes typicas Hebræorum, ex NUMER. XIX, 9. constat, quem ritum cum profanis confert Stephanus le MOYNE in notis ad Varia Sacra. p. 719.

λακι κελύσας αὐτὸν περικαθαίρει. in Ethicis Characteribus cap. XVII. ^a

§. 13. Non solum privata hominis unius, sed & publica civitatis universæ lustratio apud scriptores occurrit, ut Athenarum. ^b Imo & res inanimatæ sæpius lustratæ, ut vasa sacra apud HOMERVM Iliad. lib. XVI. v. 228. ^c & domus purgatæ sæpius, quod ex laudato THEOPHRASTI loco discimus.

CAPVT XXIV.

DE DIVINATIONIBVS.

§. I.

Divinationes sive præfagia eventuum futurorum duplicis sunt generis. Alia enim ex signis & ominibus capiuntur, alia vero ex immedia-

^a Alia mittimus, ut sanguinem; quo in tauroboliis & Crioboliis perfusi sunt initiandi. Vide van DALE ad Marm. Diss. I. qui confert loca sacra I. JOHANN. I, 7. APOCAL. I, 5. Æris frequentem fuisse usum in expiationibus docet Clariss. ZORNIVS Opusc. S. Tomo I. p. 112. in illustrando loco I. COR. XIII, I. laborans.

^b Vide Jacobi PALMERII notas ad Chronicon Seldeni Arundelianum adjectas Exercitationibus in Optimos auctores Græcos p. 691.

^c Vasa Tabernaculi & Templi Hebræorum sacro oleo perfusa, lustrataque sæpius fuisse novimus. Quæ de lustratione totius civitatis diximus, nos monent de solenni illa totius gentis Hebrææ lustratione EXODI XXIV.

mediato mentis impulsu fluunt. Priora primo loco recensebimus, sed non omnia. ^a

§.2. Frequentissimus fuit ex Avium volatu & gestu futura colligendi modus, quem *ὀϊωνισικὴν* vocant Græci, ex *ὀϊωνός* avis, qua voce imprimis vultur designatur, princeps in auguriis. ^b Vanitatem auguriorum ridet EPICTETVS apud Arrianum lib. II. cap. VII. Non morabimur ergo augurum somnia, si id tantum in transitu monuerimus, aves ad dextram visas,

^a Centum genera Divinationum recenset FABRICIVS in Bibliographia Antiquaria capite XII. præcipua occurrunt DEUTERON. XVII, 10. seqq. de quibus egit Ven. BVDDEVS in historiæ Ecclesiasticæ Tomo I. Periodi II. Sectione I. §. 36.

^b Aves ideo futura prædicere creduntur, quod cælo proximæ Deorum consilia audiunt. Audiamus OVIDIVM fastorum I. v. 447.

Nam Diis ut proxima quæque

Nunc penna veras nunc datis ore notas.

De vulture BOCHARTVS in Hierozoico Parte II. libro II. cap. XXVII. Latini κατ' ἔξωτον aquilam nomine alitis vel avis intelligunt. Cæterum auguriorum rationem invenisse dicitur Car, quo nomine Noachum significari putat HVLSIVS. Ille enim ex arca emissis columbis diluvii exitum cognovit. Vide Prærogativas prisca Israël p. 116. Augures in scriptis Sacris vocantur מעונני ex ענן *nubes* DEUTEROMI loco citato.

vifas, bonum, ad finiftram, malum omen portendiffe Græcis, unde VIRGILIUS Ecloga I.

Sæpe finiftra cava prædixit ab ilice
cornix. ^a

§. 3. Ex facrificiis futura cognofcere docuit ἱεροσκοπία, quæ varias agnofcit fpecies. Præcipua eft πυρομαντεία, quæ ex igne facrificiorum colligit omina, quam tradit Alphefibæus apud VIRGILIUM Ecloga. VIII.

Adfpite, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte fua, dum ferre moror, cinis ipfe.
Bonum fit?

Et apud eundem Virgilium Æneid. lib. XII.
v. 10. bonum facit omen ignis cœlitus delapfus
& facrificiorum carnes confumens. ^b

§. 4. Ad ἱερομαντείας ſpectat & κατωνομαντεία, quæ ex fumo facrificiorum futuros eventus ſcire voluit. Et fumus quidem recto itinere ad
fidera

^a Stabant augures Græci ad Orientem converfi, dextram meridies, lævam tenuit boreas. Hebræis eodem modo oriens קרא vocatur a קרא precedere, תימן aufter a ימין dextra, obſervante SPENCERO lib. III. Differt. VI. cap. II. Sectione IV.

^b Eundem divini favoris teſtem experti ſunt Abel, Noachus, Gideon, Manoah, Salomon, Elias &c. notante Rev. GONDELA in Diſſertatione erudita de ἱεραγωγίᾳ facrificii Abelis. Huic adde ALMELOVEENII Amœnitates p. 192. ſeqq. Ipſum Chriſti ſacrificium igne cœlitus delapſo comprobatum eſt, nempe Spiritu Sancto in Apoſtolos deſcendente ACTOR. II.

fidera tendens boni, vagus autem & disiectus hinc inde, mali ominis præfagia dedit. ^a

§. 5. Denique huc referenda *σπλαγχνοσκοπία*, quæ ex integritate & ordine extorum re-cto fausta quæque, ex turbato ordine vel partis alicujus defectu minus prospera consulentibus portendit. SVETONIUS in Cæsare capite LXXVII. narrat tristia & sine corde exta nunciasse Cæsari Aruspicem. ^b

§. 6. In somniis etiam divini quid inesse, crediderunt Veteres. Testimonio sit illud Homericum Iliad. I. v. 63.

Καὶ γὰρ τ' ἕναρ ἐκ Διὸς ἐστὶ.

Somnium a Jove proficiscitur.

Ideo per somnia futurarum rerum omina experi laborarunt οἱ ὄνειροκριταὶ & ὄνειροπόλοι. Noti sunt libri ὄνειροκριτικοὶ ARTEMIDORI. ^c Rident ta-
men

^a Fuit hoc inter templi prioris miracula, quod fumus semper cælum columnæ instar petiit nunquam a re-cto tramite dimotus, quod narrat JUDA LEO de Templo.

^b In Veteri Testamento *Cor* oblatum non legitur, ut constaret per se non placere Sacros Cærimoniarum ritus, utpote in quibus optima defecit pars. Eademque in spiritualibus Novi Testamenti sacrificiis imprimis postulatur. PROVERB. XXIII, 26. Nec alius Deo placet cultus præter rationis & mentis JOH. IV, 24. *λογικὴ λατρεία* ROM. XII, I. De Græcorum Extispicio consule, si lubet, POTTERVM lib. II. cap. XIV. & FEITHIVM lib. I. cap. XVI.

^c Ab Abrahamo & Josepho Oneirocritices originem accessit JUSTINVS Historiarum lib. XXXVI. capite II. Josephum fuisse *ὄνειροκριτὴν*, constat.

men somniorum imagines alii, & imprimis Gelon apud AELIANVM Var. Hist. lib. I. c. XIII. ^a

§. 7. Res futuras vario modo in somniis significari tradunt. Primus & præcipuus modus est *χηματισμός*, quo Dii aut Dæmones colloquio nocturno dignari homines dicuntur. Cum autem imagines futurorum perspicuæ apparent in somno, *ὄραμα* vocatur. Denique *ἕνερος* somnium proprie dictum est, cum sub imaginibus obscuris futura obversantur menti. ^b

§. 8. Divinatio per sortes certis notis distinctas & ex urna eductas vocatur *κληρομαντεία*. Cum apertis forte & temere Poëtarum voluminibus versus, qui primi sese obtulerunt oculis, omnis loco habuerunt, dicitur *στιχομαντεία*. ^c

R

§. 9. Ex

^a Naturæ effecta esse somnia pleraque, si non omnia, multi recte judicant. Ita sentit CLAUDIANVS, qui in præfatione ad VI. Consulatum Honorii ita canit:

Omnia, quæ sensuvolvuntur vota diurno
Pectore sopito reddit amica quies.

^b Triplex hic per somnum futura experiundi modus Prophetis & Propheticis Veteris Testamenti Viris evenit. Per singula ire opus non est. *χηματισμοῦ* ipsa illa vox est, quæ monitum voce divina Josephum in somniis significat MATTH. II, 12.

^c Ex fortuita Codicis sacri temere evoluti lectione omina cepisse Christianos narrat POTTERVS Archæol. lib. II. cap. XVI. ubi pleraque divinationum genera recenset. Ita Severus, sumtis Virgilitis libris, forte fortuna in libri VI. Æneidos versum 852. incidit:

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sisset eques,

& futuri inde imperii præfagium collegit, teste Lampridio, quem citat FABRICIUS in Bibl. Antiqu. cap. XII.

§. 9. Ex bacillis in vasculum quoddam
 conjectis futura prædixit Ραβδομαντεία, ex telis
 emissis Βελομαντεία, ^a ex serpentibus ΟΦιομαν-
 τεία, ^b ex Gallis gallinaceis Αλεκ]ενομαντεία, ^c
 ex cribro Κοσκινομαντεία. ^d

§. IO. Νε-

a Rejjicitur Ραβδομαντεία HOSEAE IV, 12. מקלו יגיד לו
 baculus ejus indicabit illi. Βελομαντεία EZ ECH. XXI.
 v. 20. seqq.

b Ex serpentibus præfagia derivare familiare fuit orien-
 tis incolis. Hinc נחש & serpentem notat & augurium.
 Hinc Πύθων a φην quæ vox genus quoddam serpen-
 tis significat. Vide BOCHARTI Hieroz. lib. I. cap. III.
 Partis I. Ab initio orbis falsa prædixit Dæmon ser-
 pentis specie indutus GENES. III, 1. seqq. Et magicis
 carminibus fascinare serpentes operam dederunt Au-
 gures, interdum conatu irrito, quod indicatur PSALMO
 LVIII, 5. 6. notante eodem BOCHARTO ibidem cap. VI.
 libri III. Partis II. Herbam inveniri quandam, cujus
 vi stupidi & exanimes redduntur serpentes, eundem-
 que effectum certum sonum producere, notavit ex
 Jobo Ludolfo Ven. RAMBACHIVS in Hermeneutica Sa-
 cra, opere vere aureo & cedro digno.

c Granis hordei XXIV. pro numero literarum dispositis
 observarunt nugarum architecti, quam primò, quam
 deinde literam, sive granum literæ vicem sustinens,
 devoraret gallus.

d Ex cribro suspenso & ad nomen suspectorum homi-
 num commoto, quis criminis auctor esset, collegerunt.
 Vide POTTERVM l. c.

§. 10. *Νεκρομαντεία* mortuos excitare imis sedibus & ex illis futurorum eventus audire docuit. Fuit in Thesprotiis *Νεκρομάντιον* & prope Heracleam *Ψυχοπομπέιον*, loca mortuorum evocationi destinata. ^a Ad artes magicas hæc referenda est *Νεκρομαντεία*, & Sagæ *ἑπιτυμβάδες* dicuntur, in tumulis degentes. ^b

§. 11. Cupida futura sciendi est mens hominum. Eo itaque refert omnia, omnia tentat, experitur omnia gens mortalium, ut, quid sperandum, metuendumve habeat, comperiat. Res fortuitas quoque & casu evenientes ad futurorum præfagia traxit Græcia antiqua. Quid levius, quid frequentius aurium tinnitu? Ne hunc quidem neglexerunt Græci. ^c

R 2

§. 12. Non

^a Non ignota Hebræis fuit eadem. Exstant ejus rei vestigia in sacris historiis. Nota est Sauli historia I. SAM. XXVIII, 11. seqq. manes Samuelis ex sepulchro cientis & futura sciscitantis. Rejicitur *Νεκρομαντεία*, & consuli Deum præcipitur JESA. VIII, 19.

^b Magicarum artium mira cupido tenuit Græcos veteres. Medicos præcos earum ope morbos avertisse ex Pindaro FEITHIVS refert Antiq. Homer. lib. I. cap. XVII. idemque in Actis Apostolicis indicari cap. XIX, 19. putat GATACKERVS in Operibus Criticis pag. 485. seqq. Mentio enim in hoc loco fit τῶν τὰ περίεργα πράξαντων *lucrum ex magicis artibus quærentium*, & τῶν βιβλῶν *magicorum carminum*.

^c Βόμβον Græci appellant, & de nobis dici colligunt, quoties aures tinnunt. Hoc Poætæ verba volunt:

Garrula quid totis resonat mihi noctibus auris?

Nescio quem dicis nunc meminisse mei.

§. 12. Non minus frequentia sunt sternutamenta Græcis, *παραμοί*. Neque tamen ea negligenda putarunt veteres. Et dextra quidem bonum, sinistra malum omen facere creduntur. Rursus mala dicuntur matutina, bona contra meridiana, unde sternutantibus precari mos fuit *Ζεῦ σώσον*.^a

§. 13. Adde *βόμβοις* & *παραμοίς* *παλμῆς* fallitationes oculorum crebras & trepidum cordis motum. Utrumque pessimum omen continere dicitur, imprimis cordis palpitatio, quæ metum mali futuri indicare videtur.

§. 14. Nec cogitationes menti ultro oblatae neglectæ fuerunt, nec verba forte prolata, unde & durioribus rerum nominibus abstinerunt Græci.^b Imprimis puerorum sermones fatidici creduntur, & singulari attentione digni.^c

§. 15. Res

^a Aristoteles prodeuntem e capite tanquam sanctiore hominis parte spiritum magni faciendum censuit, cujus sententiam enarrat Alexander ab ALEXANDRO Genialium dierum lib. II. cap. XXVI. Deum singularem sternutationibus præfectum dixerunt *παραμούν*. Judæi sternutantibus salutem precantur, & *חיים טובים* vel *רפאים* vel *נסותא* vitam bonam vel sanationem.

^b Carcerem non dixerunt *δεσμολήριον* sed *ὄικημα*, furias non *Εἰρινύας* sed *Εὐμενίδας*, mori non *τεθνήσκει* sed *ἐξίνασι*, & quæ hujus generis alia sunt.

^c Docet hoc Eruditissimus ELSNERVS in notis ad MATTHÆI XXI, 16. ubi pueris Hosanna canentibus Christus provocat ad PSALMVM VIII, 3. *Ex ore infantum & lactentium parasti robur tibi*. Lactentes sola natura magi-

§. 15. Res denique omnes fortuitæ aliquid boni, malive augurari putabantur, unde, ne quid occurreret inauspicatum, solennis formula fuit: Ἐσαί μὲν τυχῆ ἀγαθῆ quod bonum, felix, faustum auspicatum & fortunatum sit. ^a

R 3

CAPVT

magistra remota aëris externi pressione elicere ex uberibus alimenta, adeoque ore suo robur creatoris celebrare ostendit NIEWENTYTIUS felicissimus Atheismi debellator, quod in transitu moneo. Prophetico sensu Apostolorum in dicendo infantiam tanta Evangelii incrementa effecturam significari, alii monuerunt.

- ^a Quædam ex innumerabili copia seligere exempla lubet. Noctua Atticas pervolans copias victoriæ signum fuit apud ARISTOPHANEM in Vespis v. 1081. Mures domum deferentes triste augurium metuendæ ruinæ faciunt, teste AELIANO Var. Hist. lib. I. cap. XI. ominosum quoque fuit in via occurrens animal, quod ex THEOPHRASTI Charact. Eth. patet, cap. XVII. Fortius ergo argumentum fuit patratæ cædis vipera manum Pauli occupans. ACTOR. XXVIII, 4. Bonum omen fecit splendor subitus & inusitatus teste HOMERO Odyss. XIX. 36. Et faustissima fuit illa lux, quæ Christum MATTH. XVII, 2. & Petrum ACTOR. XII, 7. circumfulsit. Maximas res portendunt rupes agitatae & concurrentes auctore DIONYSIO Periegete v. 396. Ita & scissæ rupes MATTH. XXVII, 51. agnoscente hoc Centurione Romano. Magna mala prædicunt statuæ Deorum dejectæ, ut Hermæ sive simulacra Mercurii Attica una nocte collapsa per omnes urbis vicos. Simile quid Dagoni collabenti & truncato accidit I. SAMVELIS V, 3.

DE ORACVLIS.

§. 1.

HActenus ex signis deducta præfagia dedimus, si non omnia, quod tentare nec libuit, nec licuit, pleraque saltem & præcipua. Nunc alterum genus sequitur eorum, quæ ex immediato mentis impulsu proficisci dicuntur.

§. 2. Divino spiritu se impleri, eoque agente futura edoceri jactarunt οἱ δαιμονόληπτοι, ^a θεόπνευστοι, ^b ἐκστατικοί, ^c & ἐγγαστριμυθοί. ^d

§. 3. Ac-

- ^a Vario Deæ urgente varii effectus fuerunt. Phæbo plena est Sibylla apud VIRGILIVM Æneid. VI. v. 46. sqq. Alii κάτοχοι Βάκχου, vel Μουσῶν feruntur. Vide CUPERI Observat. lib. III. cap. XII.
- ^b Placuit hæc vox primis Ecclesiæ doctoribus ad sacrorum scriptorum originem divinam significandam. Nam φέρονται ὑπὸ πνεύματος ἁγίου est εἶναι θεόπνευστον. 2. PETR. I, 21. Ita Virgiliti Sibylla afflata est numine Dei propiore, loco citato v. 50.
- ^c Notæ sunt divina ἐκστάσις sacrorum scriptorum, imprimis Ezechielis & Pauli & Johannis Apocalypτæ.
- ^d Ita dicti sunt, ex quorum ventre vox exilis prodiit. Hi sunt מַשְׁפִּיעִים pipientes JESA. VIII, 19. Hi sunt בְּעַלֵּי אֹזֶן DEUTERONOMII loco citato, & πνεῦμα πύθωνος ἔχοντες ACTOR. XVI, 16. confer SELDENVM de Diis Syris Syntagmate I. cap. II. & POTTERVM Archæol.

§. 3. Accensendi etiam his sunt οἱ θεομάν-
 γεις, quos publico sumtu aluit urbs Athenarum.
 Hi omnes certis locis ac temporibus alligati
 non fuerunt, sed liberi. Distinguenda ergo
 probe sunt oracula Græcis χρησμοί, θεοπρόπια,
 μαντεύματα, λόγια, quippe quibus certa loca
 fuerunt destinata & certa tempora. ^a

§. 4. Origo oraculorum incerta est. Sunt,
 qui Mose antiquiora Græciæ oracula esse asse-
 runt. Jovis Dodonæi oraculum, quod omnium
 fuit antiquissimum, ex Ægypto migrasse in Græ-
 ciam auctor est HERODOTVS lib. I. capite LII. ^b

R 4

Pauca

^a Itaque θεόπνευστοι, ἐκστατικοί, δαυμονόληπτοι cum Prophetis
 conferri possunt, quippe quorum vaticinia certo loco
 aut tempori affixa non fuerunt. Oracula vero re-
 spondent τῷ Urim & Tummim, quod soli Pontifici
 Maximo concessum, nec alibi quam in Templo, &
 Tabernaculo consulendum. Oracula dicuntur λόγια,
 ut apud ARRIANVM Αναβ. lib. VII. cap. XVI. ubi tradit
 λόγιον γεγονέναι ἐκ τῆς θεῆς responsum oraculi datum esse. Re-
 cte ergo scripta divina Veteris Testamenti Paulus vo-
 cat λόγια τῆς θεῆς oracula Dei Judæis credita. Rom. III, 2.
 & legem in Sinai latam Stephanus appellat λόγια ζῶντα
 oracula viventis Dei, ACTOR. VII, 38. non idolorum.

^b Henricus HVLSIVS oraculis originem dedisse propagatas
 per Sacerdotes traditiones putat, eamque fuisse condi-
 tionem Oeconomix Veteris Testamenti, ut subesse
 Angelis debuerit oracula in Græcia & aliis in locis
 edentibus. Vide ejus Dissert. V. de prærogativis
 prisca Israelis p. 218. Jocos non seria agere viden-
 tur,

Pauca fuerunt ab initio, at auxit superstitio numerum, ut ultra ducenta enumerare liceat. ^a

§. 5. Oracula interdum obtigerunt somniantibus & dormientibus in caesarum ovium pelibus teste Alexandro ab ALEXANDRO Gen. dier. lib. III. cap. XXVI. Interdum per sortes Deorum responsa agnita fuerunt, quae in mensam projectae rem certo futuram indicarunt stantes, dubiam aut nunquam futuram jacentes. ^b

§. 6. Nonnunquam quidem ipsam Deorum vocem exaudiri putabant consulentes. Per sacerdotes interpretes tamen plerumque agere cum hominibus consueverunt ex vulgi opinione

tur, qui cuique hominum naturalem vaticinandi facultatem tribuendam judicant, ut Stoici veteres, Aristoteles, Ammonius apud Plutarchum, Maimonides, Spinoza, Petrus Petitus aliique, de quibus lege BVDDEI Histor. Eccles. Periodo II. Sect. I. §. 36. Plurimi *κακοζήλιαν* Satanae divina Hebraeorum oracula imitantis originem oraculorum allegant, cum ex Aegypto Canaani vicina repetat eadem Herodotus.

^a Qui nosse tantam oraculorum veterum turbam cupit, adeat POTTERVM lib. II. c. XI. & Antonium van DALE de Oraculis, Dissertazione II. cap. VII.

^b Saepe *sortes* oraculum notant apud Poetas, ut apud VIRGILIVM *Aeneid.* lib. IV. v. 337. Rationem per sortes divinam voluntatem expiscandi tradit Ezechiel SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Apollinem v. 45. simile quid legitur ACTORVM I, 26.

ne Oracula. Sacerdotum vero responsa divina referentium communis hæc formula fuit : τὰς λέγει ὁ ζεὺς. Hæc ait Jupiter, vel alius quis. ^a

§. 7. Tanta apud plerosque fuit Oraculorum auctoritas, ut sine eorum consilio nullum negotium, quod arduum, & non levis momenti esset, susciperetur. Ita OVIDIVS de Deucalione Metamorphoseon lib. I. v. 367.

placuit cœleste precari

Numen, & auxilium per sacras quærere sortes. Eandem veterum superstitionem confirmant HERODOTVS lib. V. cap. XLII. JUSTINVS lib. VIII. cap. II. & alii. ^b

R 5

§. 8. Fue-

^a Convenit formula solennis Prophetarum **וַיֹּאמֶר יְהוָה** vel **אמר יהוה** dixit *Jehovah*, quod recte monuit TRIGLANDIVS de Oraculo Dodonæo, quem citat van DALE in Præfatione ad librum de Oraculis.

^b De auctoritate oraculorum veterum magna olim & nuper fuit controversia. Cælius RHODIGINVS Antiquarum Lectiõnum lib. II. cap. XII. Sacerdotum fraudibus omnia tribuit, multosque Philosophorum veterum ὁμοψύχους allegat. Eandem sententiam Anton. van DALE, Medicus Harlemensis doctissimus magno apparatu defendit. Nec negari potest, plurima Sacerdotum astutiæ deberi & fraudibus. Pleraque enim oracula obscura fuerunt, dubia, ambigua, comprehensa versibus mira styli varietate compositis, locus fuit tenebrosus plerumque, specus & adyta inaccessa cunctis præter sacerdotes. Non desunt tamen, qui si non omnia, quædam saltem Satanæ tribuunt *hujus seculi Deo* 2. COR. IV, 4. *principi mundi* JOH. XVI, II. Illum

§. 8. Fuerunt tamen, qui parum aut nihil fidei habendum oraculis putarunt. Unus est instar omnium CICERO, qui libro II. de Divinatione, Nec Martis, inquit, vatibus, nec Apollinis opertis credendum existimo. Causam exponit LVCIANVS, qui testatur Amphilochem in Cilicia multa mentiri & fallere duorum obolorum gratia. ^a

§. 9. Non licuit omni tempore pro lubitu consulere oracula, ne imparatos offenderent Sacerdo-

Illum prædicere ea, quæ ipse ut carnifex exsequi iussus fuit, rimari magnatum consilia, tenere causas Physicas experientia edoctum, futura callide conjicere, & abuti veri Dei vaticiniis, putat HVLSIVS Diff. III. pag. 112.

- ^a Exempla hujus rei exstant non pauca. DEMOSTHENES libere affirmavit Apollinem Delphicum Φιλίππῳ, Philippo Regi Macedonum blandiri. Oraculum Jovis Ammonis egregie decepit Alexandrum cognomine Magnum, quem παῖδιος salutavit barbare pro παῖδιον, quod divisim Macedo interpretatus, se Jovis filium Διὸς παῖδα dici putavit. Rem ipsam narrat EVSTATHIVS ad Dionysium v. 211. Idem Alexander in somnis audire visus sibi est vocem Σάτυρος, qua urbem Tyrum sibi promitti putavit apud eundem v. 911. Hinc non erubuerunt Comici hæc Deorum suorum oracula risui & contemptui spectatorum exponere in theatris. Vide van DALE de Oraculis cap. XVI. & HVETHI Demonstr. Evangelicam propositione IX. cap. CLXXI. §. 10.

cerdotes consulturi. Semel quotannis patuit templum Delphicum PLVTARCHO teste in Quæstionibus Romanis, quod ad tuendam dignitatem oraculi pertinere videbatur. ^a

§ 10. Consulturos oraculū coronis ornari decuit, quod ARISTOPHANES indicat in Pluto. v. 22. De Athenarum legatis dictum in fine capituli XVIII. Sparta aluit Pythios, viros illustri dignitate conspicuos & Regum συσκηνας, quorum munus fuit, oraculum sciscitari, quoties res posceret. ^b

§. 11. Præcipua Græcorum oracula, de quibus paucis agendum, fuerunt Jovis & Apollinis. Jovi soli futura esse cognita constans apud veteres opinio fuit. Illum Apollini dedisse futurorum scientiam tradit CALLIMACHVS in Pallada. v. 121. qui ideo Μάβρις vocatur a Græcis. Et Augures Jovis interpretes appellat CICERO de legibus libro II. cap. VIII. ^c

§. 12. Si

^a Apollinem Delphicum imitari voluisse Hebræorum leges, annuumque Pontificis Maximi in sanctum sanctorum ingressum, facile apparet. Posteris temporibus concessum paulo frequentius salutare Apollinem, quod docet III. SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Apoll. v. 45.

^b De his CRAGIVS de Republ. Lacedæmoniorum lib. II. cap. IX.

^c Jucunda est Henrici HVLSII observatio, qui in libro de Prærogativis Israelis prisce pag. 218. Dissertatione V. monet, tria præcipua oracula tribus Noachi filiis eorumque

§. 12. Si antiquitatem spectes, reliquis præstantius fuit oraculum Jovis Dodonæum, ab urbe Epiri vel Thessaliæ Dodona nomen nactum. Hic quercus, quas prima oracula dicit OVIDIVS Amor. lib. III. Elegia X. v. 9. ^a & insidentes quercui columbæ edidisse responsa querentibus traduntur apud HOMERVM Odyss. XIV. v. 327. ^b Et lebetes ærei continuum prope Dodonam sonum edentes famam oraculi augent, unde χαλκεῖον Δωδωναῖον æs Dodonæum de garulis dictum Proverbium olim fuit. ^c

§. 13. Si

rumque posteris obtigisse, Semigenis illud veri Dei in Canaane, Chami nepotibus illud Jovis Ammonis in Libya, Japhetidis denique illud Apollinis Delphici in Græcia.

^a Abrahamum in luco Mamre divina oracula audientem & posteros ac familiam leges sacras docentem prævisse oraculis luco cinctis conjicit Cel. Stephanus le MOYNE. De Quercuum sanctitate & religione apud veteres multa tradit PASCHALIVS in libro de Coronis lb VII. cap. XIII.

^b Per columbas indicari Sacerdotes fæminas sub querceti umbris oracula fundentes notat Lambertus BOS in compendio antiquitatum Græcarum Parte I. cap. X.

§. 6. Et Sacerdotes Jovis Dodonæi Πελειάδες dictæ, quæ vox & Columbam significat.

^c Oracula divina, quæ ore ac lingua Pseudapostolorum proferuntur, conferuntur cum ære sonante Dodonæo, quod observat Clariss. ZORNIVS Opusculorum Sacerorum Tomo I. p. 130. seqq.

§. 13. Si auctoritatem, celebritatem & diuitias spectes nullum toto orbe oraculum præferri meretur Delphico, quod Apollinis adytum personuit in celebri Phocidis urbe, quam communi nomine Delphos, sanctiori πυθώ dixerunt, unde Apollo ipse Pythius vocatur. ^a

§. 14. Effudit autem oracula non Apollo ipse, sed mulier fatidica, operculo tripodis, quod ἄλμος vocatur, insidens, (unde ἐνολμος dicitur,) & spiritu divino ex antri subjecti cavernis ascendente afflata. ^b

§. 15. Præter Pythiam sacerdotes quinque fuerunt Apollinis Delphici, quos Græci appellant ὀσίους, id est, viros sanctos, eisque præfuit antistes quidam dictus Græcis ὀσιωτής. ^c

§. 16. Re-

a Vox Pytho ἀπὸ τῆ πυθάνεσθαι a sciscitando, querendo recte derivatur. Nomen Delphorum a דלף stillare deducit CLERICVS, cum notum sit flumini conferri sermonem, imprimis & Propheticum DEVT. XXXII, 2. PSALMO XLV, 2. & alibi.

b Credibile est in templi Delphici sacrario nutritos fuisse sacerdotes, qui in antro occultati versus ambiguos suggererunt Pythiæ. Tripodem Delphicum accurate depingit SPANHEMIVS ad Callimachi Delum v. 90.

c ὀσίους vox Græca Hebræam habet originem ex חסיד benignus, quod vocabulum opponitur τῷ צדיק justo; ut Græcorum ἀγαθὸς τῷ δίκαιος ROM. V, 7. ubi δίκαιος est, qui stricto jure utitur, ἀγαθὸς qui de suo jure remittit aliis. Eodem modo חסד lenitas, opponitur צדק justitiæ PROVERB. XIV, 34. Ut igitur sacerdotes Apollinis ὀσίους dicuntur, ita Christi ministri חסידים PSALMO L, 5

§. 16. Respondit plerumque versibus Heroicis Pythia consulentibus, quia in ipsa Poësi quid divini inesse crediderunt veteres. In responsis omnibus mira apparet brevitatis, ut solent esse dicta Principum brevia & ponderosa. Brevitatem comitatur obscuritas, adeo ut in utramque partem, quocumque res cadat, oracula interpretari consulentes potuerint. ^a

§. 17. Nemini ad Apollinem consulendum accedere Delphos sine munere licuit. Non mirum ergo tantas opes sibi collegisse Phæbum, ut χρηματα ἀφύτορος opes Apollinis fatidici in proverbium abierint. Gygis Lydorum Regis dona opulentissima Delphos missa laudat HERODOTUS lib. I. cap. XIV.

§. 18. In Lebadia Antrum fuit Trophonii cujusdam, qui quem locum in vita habitaverat, ibidem post obitum oracula edidisse dicitur. ^b Quicumque hoc antrum ingressi fuerant
oracu-

^a Hinc Λοξίας, id est, ambiguus, distortus, vocatur Apollo. Verba Apollinis tremendas ambages appellat STRABO Thebaidos lib. III. v. 614. Experti sunt Apollinis ambiguas fallacias Cræsus & Pyrrhus, de quibus legendi historici.

^b Domus primæ hominum antra fuerunt teste OVIDIO Metam. lib. I. v. 121. Et in sacris frequens mentio fit hominum in antris habitantium. GENES. XIX, 30. JOS. X, 16. I. SAM. XXII, 1. I. REGVM XIX, 8.

oraculum consulturi, iidem moesti ac trepidi redierunt, unde proverbium manavit eis; Τροφονία μεμάνθησα. ^a

§. 19. Præter hæc tria Græciæ veteris oracula alia quoque fuerunt non pauca numero, ut Apollinis Delii, Amphiaræi, quem in pellibus mactati arietis dormientes consuluerunt, Cereris in Achaja, ubi speculum in fontem demissum rerum futurarum imagines exhibuit, Orphei caput, quod Lesbi oracula prodidisse dicunt, & alia. ^b Quatuor Sibyllas fatidicas laudat AELIANVS Var. Hist. lib. XII. c. XXXV. ^c

§. 20. Chri-

^a Melior est conditio Christianorum, qui sine pallore & metu, qui Trophonium consulentibus, & Summis Judæorum sacerdotibus adytum introeuntibus familiaris fuit, μετὰ παρρησίας cum libertate filiis priva & propria oraculum veri Dei consulunt, quotiescunque necesse est. HEBR. IV, 16. Ritus, qui Trophonii Speculum subeuntibus observandi fuerunt, habet Scholiastes ARISTOPH. Nub. 507.

^b Præter Antonium van DALE & POTTERVM, de oraculorum numero videndus Clariss. FABRICIVS in Bibliotheca Græca libro I. capite XVII. §. 4.

^c Nomen Sibillæ vel a סביל portare, vel קנר accipere vel זכר habitare derivari potest, quod in lucem ferunt abstrusa, & a Diis tradita declarant. Videtur nomen Sibyllæ mulieribus fatidicis omnibus commune olim fuisse. Antiquissimam omnium Hærophilen laudat Pausanias.

§. 20. Christo iustitiæ Sole exorto diffi-
 patas esse oraculorum in antris delitescentium
 tenebras multorum fert opinio. In omnium
 ore est illud Apollinis fatidici, si modo Apolli-
 nis est,

Me puer Hebræus divos Deus ipse gu-
 bernans

Cedere sede jubet, tristemque redire sub
 orcum.

Et CLAUDIANVS de IV. Consulatu Honorii
 ita canit :

Et dudum taciti rupere silentia Del-
 phi. ^a

^a Jam suo tempore de oraculorum defectu scripsit PLV-
 TARCHVS. Uno ictu omnem oraculorum apud omnes
 fidem defecisse, probari haud potest. Collabi tamen
 inde a Christi tempore cæpit auctoritas Delphici Dei,
 & veritate latius spargente salutare radios apparuit
 mendaciorum fucus, nec tanta Dæmoni relicta licen-
 tia, parta per Christum victoria plenissima & exutis
 imperio principibus aëriis. Vide van DALE de Ora-
 culis Diss. II. cap. III.

CAPVT XXVI.
DE FESTIS.SECTIO I.
DE FESTIS IN GENERE.

§. I.

UT divinationes & oracula ad cultum Deorum spectant, quippe quæ certis quibusdam ritibus adhibitis imploratoque Deorum numine futurorum scientiam, unde magna sæpe pendent commoda, promiserunt: ita eodem referenda sunt Festa in honorem ac cultum Deorum instituta.

§. 2. Originem Festorum Ægypto deberi multi purant duce HERODOTO Histor. lib. II. cap. LVIII. ^a Prima festa post messem celebrata fuisse verosimile est, ad indicandum gratum erga Deos tot bonorum datores animum, quod colligi posse videtur ex HOMERO Iliad. IX. v. 530. ^b

S

§. 3. Au-

^a Abutitur hoc Herodoti testimonio SPENCERVS, ut ostendat festorum rationem ex Ægypto ad Hebræos pervenisse. lib. III. de legibus Hebræorum ritual. Dissert. I. capite VIII. Sectione I. Sed scire facile potuit Spencerus Græcos sæpe confundere Ægyptios cum vicinis Canaanis incolis, eaque tribuere Ægyptiis, quæ Hebræis vel Phœniciis tribuere voluerunt, & debuerunt.

^b Antiquissima festa sunt θεομορφία Cereris post collectas fruges, & ληναία Bachi post vindemiam. Apud Hebræos festum tabernaculorum eundem in finem institutum fuisse quis nescit? Exod. XXIII, 16. Vide SPENCERVM lib. III. Diss. I. cap. VIII. Sect. II.

§. 3. Auētus deinde est Festorum numerus, postquam ex gaudiis privatis, quibus post mactata sacrificia indulserunt, facta est lætitia publica totius Civitatis vel gentis. ^a

§. 4. Namque non ob Deorum solum cultum instituta fuerunt Festa, sed etiam ad relaxandum feriantium animum. Eum in finem non labore solum vacarunt homines adeo, ut ne arcum quidem festo die tendendum esse putet Antinous apud HOMERVM Odyss. XXI. v. 259. ^b Sed & omni gaudiorum genere sese oblectarunt. ^c

§. 5. Quis

^a Athenienses superstitioni deditissimos magnum festorum numerum admisisse, supra cap. XVI. observavimus. Tarentinos dimidiam anni partem festis & conviviiis transegisse legimus. Vide SPENCERVM loco citato.

^b Notum est illud Poëtæ :

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator.

Nimius ergo festorum numerus pigritiæ inservit, unde THEOCRITVS canit *ἀέψοις αὐτὴν ἰοπρὸν ἰγνάβις ἄνερ ἄνερ ἄνερ* *ignavis semper sunt ferie.* Explicat hanc sententiam ERASMVS in Adagiorum Chiliade II. Centuria VI. Adagio XII. Notæ sunt severæ Hebræorum leges de festivo sabbati otio. Exodi XXXIV, 3.

^c Legi de hac re meretur Commentarius SPANHEMII in Callimachum Del. v. 324. Festiva Hebræorum gaudia nemini obscura esse arbitror, imprimis in festo Tabernaculorum, quæ indicantur NEHEM. VIII, 9. II. ESA. XII, 3. coll. JOH. VII, 37.

§. 5. Quis nescit festiva veterum convivia? in quibus cibi ac potus deliciis pudendo cum luxu se ingurgitarunt, ut merito PLVTARCHVS præceperit *νηφονίας ἐορτάζειν, ἀλλὰ μὴ μεθύοντας* feriari sobrios, non ebrios. ^a Nec defuerunt hymni in Deorum laudes decantati, & Musici concentus demulcendis hominum animis apti. ^b

§. 6. Pleraque festa Athenis publicis sumptibus instituta & agitata fuisse constat. Interdum id oneris impositum est ditioribus, quorum opes & potentiam timuit populus, ut suo sumtu festivam lætitiā exhiberent. ^c

SECTIO II.

DE PRAECIPUIS QUIBUSDAM
GRAECORUM FESTIS.

§. I.

NON licet omnia Græcorum festa perferre, quæ integri molem voluminis potius,
S 2 quam

^a Diebus festis addidisse Græcos veteres conviviorum apparatus auctor est HERODOTVS lib. II. capite XL. Vide & ZORNII Bibliothecam Antiq. & Exeget. p. 278.

^b Hymni festivi sacri sunt PSALMI VIII. & XLV. in festo tabernaculorum, ut videtur recitati. Paschales hymni sunt CXIII. ad CXVIII. quos Hallel vocant Judæi, & Hallel magnum sive PSALMVS CXXXVI. Vide Clariff. WOLFFII Curas Criticas ad MATTH. XXVI, 30.

^c Hæc didici ex Johanne POTTERO Archæol. Gr. lib. II. cap. XIX.

quam Compendii hujus modum decet materies, per summa ergo rerum capita eundem. Initium dabunt Ἀδωνία in honorem Veneris bido celebrata. Priore die ereptum Veneri Adonin luxerunt, posteriore eundem Veneri redditum cum gaudio celebrarunt.^a

§. 2. Ἀνθεστηρία per triduum, sc. die XI. XII. & XIII. mensis Antestherionis, festiva Bachoque sacra gaudia permiserunt. Primo diei nomen *πιθοιγίας* dedit ritus solennis aperiendi potanda cum amicis dolia. Alter, quem *χόες* dixerunt ἀπὸ τῆς χόας ab amphora, computationibus solennibus sacer fuit. Bachum ideo *χοοπότην* dici notat Scholiastes ARISTOPHANIS in Acharn. v. 992. Ultimus *χύτεροι* vocatur ob prolatam in publicum cum omni frugum genere ollam, quam *χύτερον* Græci appellant.

§. 3. Hoc

^a Adonin cum Osiri congruere, ob utriusque luctum & alterna gaudia Heinsius putat. Fruges nunc latentes in terra, nunc prodeuntes, illas mærorem, has gaudia agricolis parantes intelligi Osiridis nomine supra monuimus, ubi de Cerere dictum est capite XVII. Luctus Adonidis & Osiridis est *fletus Tammutz* DEVT. XXVI, 13. 14. notante SPENCERO lib. II. cap. XXIV. confer ZORNI Bibl. p. 137. Et Solem, qui nunc orbi ereptus, nunc redditus pro varia anni tempestate videtur, Adonidis Nomine indicari supra capite eodem ostendimus. Est certe arctissimus terram inter & Solem nexus, & utriusque viribus debetur frugum fecunditas. Sensum historicum Adonidis exponit CLERICVS in Bibliotheca Universali Tomo III. pag. 17.

§. 3. Hoc festum, ut Romanorum Saturnalia, Servis genio indulgere concessit, quod ex lege Jubilæi Judaici depromptum videtur, illoque finito acclamatum est Servis: *θύραζε κᾶρες, ἐκ ἔτ' ἀνθεστηρία*, discedite foras servi, finita enim sunt Antestheria. Dies medius munera misit Sophistis domi cum amicorum grege convivantibus. ^a

§. 4. *Ἀπαύρηια* inde a die XXII. mensis Pyanepsionis per triduum celebrata Athenis fuerunt. Diem primum dixerunt *δόςπεια*, quod ad *δόςπρον* sive cœnam cognati ac amici solennem admissi sunt. ^b Alter Jovi *φραγείω* & Minervæ sacra tulit, ut cognatorum jura tuentibus. Tertius denique *κρηεῶτις* vocatus liberos tonderi solenni ritu, quem Scholiastes ARISTOPHANIS in
 S 3 Acharn.

^a Legem Judæorum de servis in Jubilæo manumittendis habes EXODI XXI, 2. qua Deus significare voluit, servitutem a peccato originem ducere, eoque per Christum abolito veram libertatem filiorum Dei reddendam credentibus. Et Saturnia regna, quæ ingenuorum & servorum discrimen ignorarunt, Græcos æque ac Romanos in memoriam sibi revocare voluisse, constat.

^b Convivia cognatorum inter Hebræos viguisse constat ex I. SAMVELIS XX, 6. ubi David dicitur sacrificium & convivium parasse *omni familie sue*. Illustrat hunc locum DOUGTAEVS in Anal. Parte I. p. 142. & confert Atheniensium *Ἀπαύρηια*, & Spartanorum *συσίτια* & *φιδίτια*.

Acharn. v. 145. exponit, eorumque nomina in tabulas publicas referri curavit. ^a

§. 5. Cum Adolescentulæ decem circiter annos natæ Dianæ Brauroniæ (ita dictæ a pago Attico Braurone) consecrabantur, festum diem celebrare fas erat, eumque Græci vocant βραυρωνεία. ^b

§. 6. Nono

^a Hinc apparet, cur festum ipsum appellaverint Ἀπαίτεια, cum hætenus patres filios suos filiasque pro liberis non agnoverint publice. Ille enim ἀπάτωρ est, cujus pater ignoratur, ut Melchisedecus HEBR. VII, 3. Vide Eruditissimum SCHELHORNIVM in Bibliotheca Bremensi Classe III. pag. 793. Tabulæ illæ, in quas relati sunt liberi, qui expositionem & mortem evaserant, merito dicuntur βιβλοι ζωῆς. PHILIPP. IV, 3. APOCAL. III, 5.

^b Diana ob perpetuam Virginitatem Dea tutelariorum esse virginum ferebatur. Hinc Virgines Dianæ sunt sacratæ, ut castitatis essent memores. Pythagoras feminas ad pudicitiam hortatus est eo argumento, quod omnes ætatis femineæ partes a Deabus nomen rule- runt. Innupta κόρη vocatur, ut Proserpina, nupta γαμωτή a Junone, gravida μήτηρ a Matre Deum, avia Μαία a Maja Mercurii matre. Vide CUPERI Observa- tiones lib. III. cap. III. Mos singulari ritu liberos Deo ælicui sacrandi ex Molochi cultu patet, cui dedicarunt liberos per flammam missos. Apud Hebræos quoque primogeniti Dei sacri fuerunt. Et Nasiræi peculiari voto vel suo vel parentum Deo dicati fuerunt.

§. 6. Nono quoque anno repetita fuerunt a Bœotiis ΔαφνηΦόρια, qui ramum oleagineum cum pompa circumtulērunt, ornatum coronis laureis, in cuius apice globus fuit æneus major, in medio alius minor cinctus pluribus aliis exiguis globulis. ^a

§. 7. Sanctissimum Festorum illud fuit, quod Cereri Θεσμοφόρω sacrum erat, nempe Θεσμοφόρια. Dicitur autem Θεσμοφόρος sive legifera, quod Atheniensibus per pagos dissipatis leges dedit, eosque in civitatem unam collegit, quod beneficium celebrare hujus festi solennia debuerunt. ^b

§. 8. Ad hujus festi pompam admiffæ non aliæ mulieres præter ingenuas & castas, candida veste indutas, quæ reconditas in calatholeges & capiti impositas Eleusinen triduo antedetulerunt. ^c

S 4

§. 9. Quin-

^a Globus æneus major in summo rami apice solem designat, medius lunam, reliqui astra. Vides ergo per Phæbum, quem hoc ritu coluerunt, Solem indicari.

^b Ante adventum Cereris Græci Strabone teste vagi fuerunt & incertis sedibus hærentes. Hinc Pelasgi quasi גוי פלוט gens vaga dicti, & Έλληνες quasi הלן pernoctans in diversorio. Vide CLERICVM in Bibliotheca universali Tomo VI. p. 55. seqq.

^c Mulieres nuptæ Cereri, ut Virgines Dianæ sacrae fuerunt. Earundem primæ partes in hoc festo fuerunt, hinc solennis formula επιφθέρωσθε γυναῖκες apud CALLIMACHVM in Cerer. v. I. quem locum illustrat SPAN-

HEMIVS,

§. 9. Quinque dierum spatium sibi vindicavit hoc Festum a die XIV. Pyanepſionis ad XVII. in quibus tertius dies fuit *ἡμέρα πικυθροποτάτη*, mœstissimus, quo humi jacentes Cereri condoluerunt. ^a

§. 10. Idem tamen festum & gaudio plenissimum fuit. Nam & illi, qui ob errata cereri dati fuerant, libertati sunt redditi, ^b & mulieres dicitis viros laceſſiverunt. Splendida denique convivia gaudentibus placuerunt, unde Cœnæ Cereales pro lautis. ^c

§. 11. In Festi hujus fine Sacrificium Cereri duplex obtulerunt, alterum ad referendas Cereri grates pro depulso hostium impetu, quod vocant *δίωγμα*, alterum vero ad expianda peccata

HEMIVS, & Cereris calathos explicat. Vestis candida & castitatis conservatio, quæ præparare huic festo matronas debuit, conveniunt cum ritibus legislationem *θειομορφίαν* antegressis Exod. XIX.

^a SPANHEMIVS recte observat in Commentario ad Callimachi hymnum in Cererem v. 3. & II. Hebræorum diem magnum Expiationis, qui dies fuit jejunii, incidisse in mensem Tifri, qui Pyanepſioni respondet.

^b Hunc ritum ex Meursio affert ad illustrandum locum JOHANNIS XIII, 39. (ex quo similis Hebræorum ritus apparet) Jacobus LYDIUS in florum sparsione ad Passionem. p. 142.

^c Contra Salmasium in alia plane abeuntem disputat & festi lætitiã pandit Ill. SPANHEMIVS ad Callimachi hymnum in Cererem v. 18.

cata, quæ in festo ipso forte commissa fuerant, quod *ζημίαν* appellant.

§. 12. Minervæ festum dedicavit Erichthonius, restauravit Theseus, quod *Παναθήναια* vocant, quia cunctos Athenarum cives & Atticæ incolas congregari oportuit, unde celebritati ac pompæ τῶν θεσμοφορίων nihil cesserunt τὰ παναθήναια.

§. 13. Duplex autem Minervæ Athenarum præfidi festum celebrarunt, nempe *μικρὰ παναθήναια*, singulis annis, & *μεγάλα* quinto quoque anno redeuntia. In utrisque iidem ritus obtinuerunt, nisi quod Minervæ peplum acu pictum & variegatum in *μεγάλαις* accessit. ^a

§. 14. In utrisque & *μεγάλαις* & *μικροῖς* certaminibus exerceri Juventus debuit Equestribus, Gymnicis & Musicis. In Musicis quatuor carminis genera obtinuerunt, quæ ideo *τέτραλογίας* dixerunt. Præcipua carminum ma-

S 5

teria

^a Peplum illud instar veli appensum navi ad Minervæ templum cum pompa ope subterraneæ cuiusdam machinæ deduxerunt, senibus oleæ termites præferentibus, quod docet ARISTOPHANES in *Vespis* v. 542. In texta peplo Minervæ fuerunt fortia hujus Deæ facta, unde virum fortem & egregium *πέπλος ἄξιον* dignum, cujus facta peplo intexantur, salutant. Vide SPANHEMII Commentarium ad Callimachi *Pallada* v. 70. De navibus machinarum ope per terram vectis multa habet CL. FABRICIUS in *Bibliogr. Antiquaria* Capite XVII. §. 6.

teria fuit, laudare Harmodii, Aristogitonis & Thraſybuli præclara de populi libertate merita.

§. 15. Equeſtre certamen fuit λαμπαδοφόρων, quod ARISTOPHANES deſcripſit in Ranis v. 1120. & Veſp. v. 1198. Gymnici ludi, curſus, pugilatus, luſta &c. fuerunt, quibus adde ſaltationem puerorum armatam ὄρχηſιν ἐνόπλιον, in honorem armatæ Palladis inſtitutam, quam dixerunt Τριλογία, a ſimili Minervæ nomine. Vide ARISTOPHANEM in Nub. v. 1084. ^a

§. 16. Denique & navalia certamina acceſſerunt, imitantia prælium navale, quod ad Sunium contigit. Victori in hoc aliisque agoniſus vas oleo repletum & corona oleaginea præmii loco data. Diſtribuerunt hæc præmia ἀγωνοθέται, qui etiam mulctarunt eos, qui veſte tinctâ adefſe ſolemnibus auderent. ^b

§. 17. Oratorum voce eodem hoc feſto res geſtas Athenienſium deprædicatas fuiſſe ex Iſocratis Panathenaico colligimus, quem ſermonem anno ætatis XCIV. ab Iſocrate ſcriptum eſſe teſtatur M. Cicero.

§. 18. Finem feſto impoſuerunt ſacrificia. Nam a ſingulis Athenarum coloniis miſſos eum
in

^a De λαμπαδοφομίᾳ ſupra dictum cap. XVII. De ludis Gymnicis infra dicetur capite ſequenti.

^b Accurate de his egit POTTERVS Archæol. Gr. lib. II. cap. XX. Feſtum Novi Teſtamenti veſte tinctâ, id eſt, ἱμῖντα videre nefas eſt, Apoc. III, 4.

in finem boves esse pro ipsarum numero narrat Scholiastes ARISTOPHANIS in Nubibus v. 385.

§. 19. Minora festa Græcorum præterimus, ut Ascolia in honorem Bachi celebrata, de quibus Scholiastes ARISTOPHANIS in Pluto v. 1125. Buphonia memoriam mactati primi bovis recolentia, de quibus idem in Nubibus v. 1080. Diasia in honorem Jovis Meilichii sive Plutonis, de quibus idem ibidem v. 407. Diipolia quæ cum Buphoniis congruunt, ibidem v. 1079. Pæonia in honorem Apollinis, de quibus ARISTOPHANES in Acharnanensibus v. 1204. & hujus generis alia. ^a

CAPVT XXVII. DE MYSTERIIS.

§. I.

Quemadmodum Sacra Christianorum præcipue commendat mysteriorum sublimitas, ita & falsa gentium priscaurum religio sine mysteriis esse vix potuit, ut majestatis inde opinio in vulgi animis enasceretur. ^b

§. 2. My-

^a Satis magnum numerum recenset POTTERVS loco citato & MEVRSIVS in Græcia feriata.

^b Vocabulum τῆ Μυστηρία Græci deducunt ἀπὸ τῆ μύσιν τὸ φόμω, quod evulgare illud nefas fuit. Rectius a voce Hebræa מסתם *arcantum*, quod est ex סתם *latere*, derivabis. Hæc μυστηρία gentium vocantur βάθος τῆ Σατανῆ *profunda Satane*, qui imitatur illud βάθος mysterio-

§. 2. Myſteriorum omnium ſanctiſſima ex Græcorum opinione fuerunt Eleuſinia, quæ κατ' ἐξοχήν vocantur myſteria, nec immerito, cum ea evulgare capitale olim fuerit, quod expertus eſt Alcibiades apud Corn. Nepotem. De his OVIDIVS de Arte lib. II. v. 601. canit :

Quis Cereris ritus auſit vulgare profanis. ^a

§. 3. Tan-

teriorum, *abſtruſa ſapientia* in Deo ROM. XI, 33. I. CORINTH. II, 10. coll. APOCAL. II, 24. ex quibus locis utriusque βάντες παραλλήλια patet.

- a Myſteria veri Dei in Veteri Oeconomia evulgare non licuit, Judæis obſcurius propoſita, teſta gentibus, donec novi fæderis inſtitutio alia plane ſuaſit & fanxit. I. COR. II, 7. Ex his ſummi Dei elucet ſapientia, ut ex gentilium myſteriorum obſcuratione Sacerdotum fraudes. Interim myſteria divina quamvis clariffime revelata manent tamen myſteria iis, qui ad fæderis divini communionem admiſſi non ſunt, ut apud Græcos ſolis initiatis patuerunt myſteria ΜΑΤΘΑΕΙ XI, 25. Fuerunt Athenienſium myſteria ἀρρητα εἴματα ἃ ἐκ ἐξόν ἀνθρώπων λαλῆσαι, ut illa ἀκεράματα profundiffimæ ſapientia pleniffima, quæ Paulus in Paradifo audivit. 2. COR. XII, 4. Myſteria Attica venerationem merebantur eorum, qui inexperti de iis loquebantur, contra contemptum eorum, qui præter inanes ritus, ad quos intuentes admiſſi, nihil reperiebant admiratione dignum. Contra myſterium Chriſti humanam naturam induentis ὁμολογημένως μέγα omnibus fatentibus magnum eſt, & eo majus, quo penitior illius imbibitur cognitio cum experientia conjuncta.

§. 3. Tanta mysteriorum Cereris celebritas fuit, ut immensa spectatorum adesset multitudo, quoties celebrata sunt Eleusinia, quod quinto quoque anno factum. ^a HERODOTVS triginta millia mystarum & spectatorum adfuisse tradit. Ideo Eleusinem Atticæ pagum, cui propria hæc mysteria fuerunt, commune terræ delubrum vocat Aristides. ^b

§. 4. Mysteria Cereris duplicis fuerunt generis, alia majora Μεγάλα ab ipsa Cerere instituta, cum in famis summo periculo Atheniensibus succurrisset, ^c alia minora μικρά in Herculis gratiam adornata, cum extraneo non liceret

^a Annua fuisse hæc sacra probare nititur Antonius van DALE in Dissert. VIII. ad Marmora cap. II.

^b Utrumque scriptorem citat ZORNIVS in Opusculis Sacris Tomo I. p. 280.

^c Cereris hanc historiam ita exponit Doctiss. CLERICVS in Bibliotheca Universali Tomo VI. pag. 55. seqq. Ceres a Siculis, quorum imperium tenuit, dicta est *דגל* ex Hebræo *דגל* *sufficiens*. Ejus filia fuit Pherephatta ex *פתי פרי* *fructus abundans*. Hanc rapuit *Αδης* Epiri Rex, ex *ארון* *Dominus*. Ceres eam repetens venit Eleusinem ad Triptoleum, *טורה* *ebulforem spicarum*, eumque edocuit meliorem arandi ac serendi rationem, quo remedio fami terræ Atticæ non admodum frugiferæ obviam itum est. Hæc Cereris facta sub umbris ac figuris proposuerunt plebi sacerdotes, quibus venerationem ac majestatem fecit silentium.

ret majorum fieri participem, quod tradit Scholiastes ARISTOPHANIS in Pluto. v. 1009. ^a

§. 5. De Cereris mysteriis loqui summa cum veneratione oportuit. Secus facienti metuenda fuit iudicii Areopagitici severitas. Nam hæc sacra spernentem sua ipsius commoda negligere dixerunt, cum summis beneficiis a Cerere affici mystas, tradat ARISTOPHANES in Raris. v. 457. ^b

§. 6. Ut *μεγάλην* communionem prohibiti fuerunt peregrini, ita utraque mysteria negata facinorosis & ingenti aliquo crimine maculatis, quod rursus reliquit ARISTOPHANES ibidem v. 357. ^c

§. 7. Non

^a Mysterium salutis *μέγα* ad *μυστήρια μέγαρα* refert Alexander MORVUS ad locum I. TIMOTH. III, 16. cum contra *μικρά* respiciat Apostolus HEBR. VI, 1. 2. sub nomine *ἀρχῆς* & *θεμελῆς*. Idem observat utroque in loco *sex* fidei articulos recenseri, nempe variis in cognitione gradibus accommodatos. Si allusiones non plane displiceant æquo lectori, monebimus in hac vita nos ad *μυστήρια μικρά* admitti, in futura autem ad *μέγαρα*.


^b Mystæ Cereris tutius agere reliquis in hac vita, imo post mortem etiam vitam agere beatissimam credebantur, reliquis in cæno se volutantibus. Verius hæc Christi mysterio initiatis conveniunt, quibus cæli sunt commercia, & vera ac æterna bona, PSALMO XXV, 12. 13. 14. I. TIM. IV, 8. &c.

^c Mysterium Evangelii vere est *μυστήριον εὐαγγελίας*, quod abesse procul jubet profanos & impios. I. TIM. III, 16. Id

§. 7. Non licuit interesse *Μεγάλοις*, nisi prius visa essent *τὰ Μικρά*. Si quis ergo religione *τῶν Μικρῶν* imbutus erat, ille eodem anno mysteriis majoribus initiari potuit, quod refert Scholiastes ARISTOPHANIS in *Ran.* v. 757. Particeps factus *μικρῶν* dictus est *μύσης*, at majorum receptus in communionem, *Ἐπόπτης*.^a

§. 8. Initiandos corona ornauit myrtea, quod narrat Scholiastes ARISTOPHANIS in *Ran.* v. 333. Lustravit eosdem & a grege profanorum segregatos aptos sacris mysteriis reddidit sacrificium expiatorium, nempe porcus, quod legitur apud eundem Comicum in *Pace* v. 373.^b

§. 9. In-



Id tamen inter utraque mysteria interest, quod ad Cereris *μυστήρια* non admittuntur peregrini, cum contra tremendum mysterium patris in filio omnibus gentibus fuerit annunciatum, *ἐκζητήθη τοῖς ἔθνεσι*, praedicatum gentibus, ut ait idem Apostolus.

- ^a Clarissimus ZORNIVS putat utrumque genus tacite indicari GALAT. III, 3. ubi *οἱ ἐναρξάμενοι* sunt *μύσαι*, contra *οἱ ἐπιτελέμενοι* sunt *ἐπόπται*. Vide ejus Opuscula Sacra Tomo I. pag. 247. ubi data opera Cereris mysteria cum arcanis Christianæ religionis confert. Adde ZORNIO Bibliothecam Bremensem Classe IV. pag. 954. si pia Christi membra spectes in hac vita ut *μύσαι*, in vita futura erunt *ἐπόπται*. Testis est JOHANNES 1. Epistola cap. III, 2. *videbimus ipsum talem, qualis est*, quamvis opposita Veteri Testamento conditio Novi Testamenti in hac quoque vita nos faciat *ἐπόπταις* 2. COR. III, 18.

^b De *καθαρτοῖς* gentium egit Vir Summus Ezechiel SPAN-

HEMIVS

§. 9. Introductis deinde in σημόν μυσικόν prælecta fuerunt sacra mystica scripta ἐν περὶρώματι. Eisdem etiam ad quæstiones ab Hierophanta propositas respondere necesse fuit. Quibus rite peractis occurrebant mystis primo tenebræ, fulmina, terræ motus, deinde vero jucunda lux Cereris præsentiam portendens. ^a

§. 10. Præterea multa alia superstitionis argumenta in utrisque mysteriis occurrunt, quorum aliqua enarrabimus. Cymbalis fuisse locum

HEMIVS ad Julianum p. 260. unde constat, & gentibus notum fuisse ὅτι χωρὶς ἁγιασμοῦ οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Hebr. XII, 14. non licet esse ἐπόπτην sine solenni lustratione non animalis impuri sed sanctissimi JESU sanguine intercedente. Ad Eleusinia minora admitte-
tendos antea in flumine Ilisso baptizatos fuisse, ex Hesy-
chio docet WITSIVS in Ægyptiacis libro II. cap. XVI. §. 7. quem ritum cum baptismo Christianorum confert ibidem.

- ^a Multa hic vides cum ritibus Hebræorum sacris convenientia. Apparet hic πέτραμα cum inscripta lege, tabulæ lapideæ, nec desunt fulmina & terræ motus. EXODI XIX. Lux initiatis visa amœnissimam divinæ faciei lucem designat. κληροῦ τῶν ἁγίων ἐν φωτι, hereditas sanctorum in luce celebratur COLOSS. I, 12. ad quam sanguinis & Spiritus lustratione nos præparavit Deus. Cælestem Hierosolymam illustrat gloria divina APOC. XXI, 23. de luce Cereris cogitavit ELSNE-
RYS ad h. l. Dimissos ab Hierophanta Eoptas nar-
rant his verbis : Κόγξ ὁμφάξι, quæ Clericus ita inter-
pretatur, ut iis contineatur adhortatio : צפנה צוק
vigila, esto innocens, quæ suo loco relinquimus.

locum in sacris hisce, testatur Ovidius de Arte lib. II. v. 610. ^a Sacerdotes Cereris ejusdem Deæ larvam induisse narrat PAVSANIAS in Arcadicis cap. XV. ^b

§. II. Novem festi sacri diebus varios in Cereris honorem ludos celebrare mos fuit. Quinto die decursum est cum facibus, ubi, qui maximam gestare in cursu potuit, laudem fortitudinis & roboris accepit, teste THEOPHRASTO in Eth. Char. cap. IV. Matronas ludi & joci causâ conviciis inter se certasse, auctor est ARISTOPHANES in Pluto v. 1015. ^c

T

§. 12 Præ-

a Ille, qui mysteriis Christi audiendis & promulgandis sine fructu dat operam, merito vocatur *κίμειλον ἀλά-
λαστον*. I. COR. XIII, 1.

b Christiani non *larvam Christi* induunt, quod familiare est hypocritæ, sed *seram imaginem* ROM. XIII, 14. & EPHES. IV, 24. ubi *novus homo*, alter Adamus idem Christus vocatur, cujus exemplar vitæ & morum exprimendum, quod est Christum induere. Et non sine causa indui *novus homo* dicitur, quia initiati pro novis hominibus habentur. Nam in sacris Cybeles lacte illi nutriti fuerunt, ut Seculo secundo post baptismum Christiani *lac & mella* degustare consueverunt, *λογικὸν γάλα* I. PETRI II, 2. quem locum præclare illustrat Ven. ELSNERVS in Observat.

c Quinta dies ob cursum lampadum, de quo dictum capite XVII. Sectione II. appellata fuit *ἡμέρα λαμπάδων*. Conviciorum turpitude obtinuit quoque in aliis veterum sacris, nempe Apollinis & Vulcani, a qua *αἰσχρότητα* & *μωρολογία* caveant sibi Christiani oportet, monente Apoltolo EPHES. V, 4. quod docte observavit Cel. ELSNERVS, in notis ad hunc locum.

§. 12. Præter Hierophantam ejusque tres Collegas *δαδῆχον*, facigerum, *κῆρυκα* præconem, & τὸν ἐπὶ βωμῶν ministrum altaris, aderat & βασιλεύς cum quatuor Ἐπιμεληταῖς. Hierophantæ & collegarum munus fuit, initiare mystas, Archontis vero, (qui vocatur βασιλεύς) & collegarum, videre, ne quid inhoneste & petulanter fieret. ^a

§. 13. Habuit & Bacchus mysteria sua, quæ Διονύσια vocant, tertio redeunte anno celebrata, unde trieterica appellant Poëtæ imprimis OVIDIUS, qui plerosque Dionysiorum ritus enarrat, fastorum lib. I, v, 393. seqq. ^b

§. 14. Ut

^a Hierophanta vocatur & ὁ πατήρ, monente Clariss. ZORNIO in Opusculis S. Tomo I. p. 309. qui in loco COLLOSS. I, 12. ubi allusio ad Cereris mysteria reperiri videtur, Deum tanquam Hierophantam *patris* nomine designari notat. Idem nomen in simili nexu datur Paulo I. COR. IV, 15. de officio τῆ βασιλείας vide Joh. POTTERVM Archæol. Græcæ lib. II. cap. XX. Mulierem curru vehi Eleusinem nefas fuit, idque facere audenti multam 6000. drachmarum irrogavit lex Lycurgi, quod probat SPANHEMIVS ad Callimachi hynnium in Cererem v. 121.

^b GVRTLERVS arbitratur in his Bachi mysteriis contineri vestigia primi delicti in Paradiso commissi, in Originibus Mundi libro I. cap. XVI. pag. 186. Clemens Alexandrinus acclamationes Bachantium *Ἐυοί*, unde Bacchus Evius vocatur, ab Eva descendere putat. Quam infirma sint hæc omnia, facile lector judicabit. *Ἐυοί* *σαέα* quæ voces in acclamationibus usitatæ fuerunt, a Jehova Zebaorh quidam deducunt. Mysteria hæc Bachi gratam vindemiæ memoriam conservasse ex dicendis patebit, ut Eleusinia messis.

§. 14. Ut Cereris, ita & Bachi mysteria non unius fuerunt generis. Alia enim μικρά, quæ & κατ' ἀγρὸς dicuntur, alia sunt Μεγάλα, quæ etiam κατ' ἄστυ nominantur. Priora autumnali tempore per agros, posteriora verno in urbe Athenarum celebrata fuisse tradit ARISTOPHANES in Acharn. v. 495. ^a

§. 15. Ipsa mysteriorum ratio hæc fuit. In solenni pompa comparuerunt οἱ λικνοφόροι, vannum Bachi mysticam ferentes, quæ vannus Bacho nomen λικνίτης imposuit. ^b Hos exceperunt Virgines κρηφόροι, aurea portantes canistra vario frugum munere repleta. Successerunt denique οἱ φαλλοφόροι, qui φάλλος turpissima

T 2

ma

^a Μικρά videntur antiquiora τῶν Μεγάλων. Prima enim festa gratiarum actoria post messem & vindemiam fuerunt, quod supra notavimus. Post vindemiam igitur celebratus Bacchus in Διονυσίοις κατ' ἀγρὸς, quæ & ἀθηναίων nomine gaudent. Ex Ægypto hujus festi originem repetit Plutarchus, ipsumque Bachum eundem esse cum Osiride docet. Nos utrumque Solem esse, qui calore suo maturitatem addit vitibus, cap. XVII. notavimus.

^b Vannus Bachi plerumque cista fuit, mystica sacra continens, & cinctæ Draconibus. Ostendit id ex antiquitate, & sacrarum cistarum usum accurate persequitur Ill. SPANHEMVS in Comm. ad Callimachi Cererem. v. 127. Sine dubio sacræ gentium cistæ ab Arca fœderis Vero Deo sacra derivandæ sunt. Loco Cheruborum in Bachi vanno apparent Dracones. Contraria via placet SPENCERO in Libro de leg. Hebr. parte II. p. 216. seqq. qui ab Ægyptiis ad Hebræos hos mores pervenisse somniat.

ma simulacra in Bachi honorem gestantes, quam omnem pompam definit Scholiaſtes ARISTOPHANIS in Acharn. v. 242. & 259. ^a

§. 16. Imaginibus fœdis aderant & fœda carmina, quæ Φαλλικά ἄσματα appellant, ut ARISTOPHANES in Acharn. v. 261. Paulo meliora fuerunt μέλη ἐπιλήνια carmina in Bachi ληναίς honorem decantata ad torcular. ^b Et ne quid nequitiae deesset, discurrebant noctu Bachi mystæ crateras manu tenentes, & flagitia omnia impune committentes. ^c

§. 17. Bachi quoque cultores ipso habitu suo mysticum nescio quid indicarunt. Namque pelibus hinnulorum amicti, ^d coronati heder

- ^a Mystera gentium ob hanc turpitudinis notam recte dici κρυπτά τῆς ἀρχνῆς pudorem occultum & arcana pudenda ostendit Alexander MORVS ad 2. COR. IV, 2.
- ^b Cantus & gaudiorum, quibus abundat vindemia, mentio fit JESA XVI, 10. aliisque in locis, quæ illustrat DOUGTAEVS conferens cantus Græcorum ἐπιλήνιος. De fœdis Bachantium hymnis oppositis sacrorum Psalmodum honori, quo verus Deus celebratur EPHES. V, 19. supra diximus.
- ^c Ideo Bachus vocatur νυκτίλιος nocturnus, & ejus fidus comes est κῶμος Deus comestationis, de quo ROM. XIII. v. 13. Eodemque spectant opera tenebrarum. v. 14. & EPHES. V, 12. Ad priorem locum egregia monuit Cl. ELSNERVS pro more suo.
- ^d Pelles hinnulorum maculis distinctos notare physice varium vini & Uvarum colorem tradit EUSTATHIUS ad Dionysū v. 700.

dera Bacho sacra, instructique thyrsis ^a cum tympanorum & tibiaram sono per colles ac nemora vagabantur. Pars Satyrorum alii Panis, alii Sileni imaginem ostentare habitu suo gloriae duxerunt, quod genus scenæ descripsit OVIDIVS Metam. lib. IV. v. 6. 24.

§. 18. Tantum operæ ac laboris juvat impendere homines malefanos, ut se Bacho ple-nos esse ostenderent, id est, insanientes cum ratione. Nam Bachus furorem immittere credebatur cultoribus & mystis suis, ut amorem Ven-us, Pan terrorem. ^b Eandem insaniam spirat carnis animalium crudæ devoratio, quæ in Bachi honorem obtinuit, in Ὠμοφαγίῳ, festo eide-m Deo sacro. ^c

T 3

CAPVT

^a In festo Tabernaculorum Judæi non thyrsus, sed ramum כִּהָלִי manu tenent. Convenit occasio utrius-que festi Tabernaculorum & Dionysiorum, conveniunt rami, cantilenæ, tibix, choreæ, crateres, aliaque Judæis & Græcis communia, quæ exposuit Eruditissimus LACKEMACHER in Observationum Parte I. pag. 17. ubi de ritibus Bachicis a Græcis ad Judæos derivatis ex professo egit.

^b Κάτοχοι Βάχου dicuntur homines isti furibundi, quos per avia & devia sylvarum & montium vis Numinis rapere dicitur. Vide CUPERI Observationes lib. III. cap. XII. Non ita sentiunt κάτοχοι θεῶν, quos Deus sanctissimus habitat 2. COR. VI, 16. Eos enim per justitiæ calles ad veram animi corporisque salutem ducit.

^c Exponit hujus festi immanitatem SPENCERVS lib. II. c. IV. Sect. II. An opposita barbaro huic mori sit lex EXODI XII, 9. sancita, quod putat idem Spencerus, judicium sit penes lectorem.

CAPVT XXVIII.
DE LUDIS.

SECTIO I.

DE LUDIS IN GENERE.

§. I.

AD sacrum Deorum cultum referendi etiam sunt Ludi, Græcis *Ἀγῶνες*, dicati honoribus Deorum vel defuncti Herois. ^a Interdum quoque templi aut aræ dedicandæ gratia ludi instituti fuerunt, ut major esset pompa, repetendi etiam quotannis in perpetuam novæ religionis memoriam. ^b

§. 2. Præ reliquis Græciæ populis ludis ac certaminibus dediti fuerunt Thebani, quorum urbs a Pindaro *πλάξιππος* equorum agitatrix, & a Sophocle *εὐάφματος* curulibus agonibus feliciter defuncta dicitur. ^c Et Lacedæmon patiens
Hora-

^a Evidentissimis Homeri testimoniis id probat FEITHIVS Antiquitatum Homericarum lib. IV. cap. VI. ex quo patet ad tumulos Heröum frequentes & annuos fuisse ludos. Confer VIRGILII Æneidos lib. V. v. 66. qui sacros Anchisæ ludos describit.

^b Antonius van DALE Dissertatione IV. ad Marmora cap. III.

^c Hæc & plura alia testimonia Thebanorum in certaminibus felicitatem prædicantia exhibet SPANHEMIVS ad Julianum p. 124.

Horatio vocatur, id est, agonibus apta. Sed tamen eos tantum ludos concessit Lycurgus, in quibus manus non attollitur ad lædendum aduersarium. ^a

§. 3. Exercitia ludorum præcipua quinque numero fuerunt in veteri Græcia, quæ Poëta hoc versu complectitur.

Ἄλμα, ποδιωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.
Jaculo sive ἄκοντι alii substituunt πυγμαίην pugilatum. Ludos hosce Græci πάνταθλον, Latini quintertium vocant.

§. 4. Primo loco apparet Ἄλμα Saltus, Græcis usitatissimum exercitii genus, qui non modo vacuis manibus ad Saltum corporis expedita levitate adjuvandum hoc certamen iniverunt, sed etiam plumbo & ponderibus gravati, quæ ἀλτήρας appellant.

§. 5. Terminus, unde fit saltus, dicitur βαλήρ, terminus ad quem, τὰ ἐσκαμμένα, unde πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα transilire fossam & terminum, est modum excedere. Regula ac norma saltus,

T 4

quæ

^a CRAGIVS de Republ. Lacedæmon. lib. III. pag. 321. Nempe Lycurgus non esse bonum nec æquum certamen iudicavit, quo civem civis, homo hominem vulnerat & necat. Videtur id Apostolus subindicare, cum καλὸν ἀγῶνα licitum, bonum, nulli noxium, multis proficuum certamen se decertasse gaudet, 2. TIM. IV, 7. quamvis & καλὸς faustum & felix certamen notare possit.

quæ facit, ne utrinque evagemur, nominatur Κυνών, nempe μέτρον τῆς πηδήματος, ut ait Pollux. ^a

§. 6. Saltum excipit Cursus, qui triplex in Græcia fuit, pedestris, equestris & curulis. Pedestrem curium ineuntes vel σταδιοδρόμοι sunt, stadium CXXV. passuum decurrentes, vel διαυλοδρομοι duplo longius iter tentantes, vel δολιχοδρομοι sex vel septem stadia molientes, vel denique σπλιτοδρομοι, decurrentes cum armis, quod militum fuit exercitium. ^b

§. 7. Car-

^a In sacris Novi Testamenti scriptis commendatur κανών regula & norma, non tamen saltus sed gressus & cursus. Στοιχεῖν τῷ κανόνι τέτω jubet Apostolus GALAT. VI, 16. & PHILIPP. III, 16. Non decet Christianos transfilire quædam vitæ Christianæ officia, decet contra cursus ordinatus & ad normam Evangelii exactus. Non licet saltu ad regnum cælorum accedere, quod in sublimi constitutum est loco, quo difficilis, ardua, & angusta via ducit.

^b In pietatis cursu, qui ad beatæ vitæ metam ducit, his brevius, illis longius, pro lubitu summi Α'γωνοθέτη, decurrendum est stadium. Beatus ille, qui cursum confecit quamvis breviorē, ut Paulus 2. TIM. IV, 7. Beatus spe solida, quicumque ἀγῶνα προκείμενον decretum ἑπὶ stadium sive simplex & brevius, sive duplex & difficilium δι' ὑπομονῆς fortiter & patienter decurrit, quod monet Apostolus HEBR. XII, 1. Nec fallitur, qui se σπλιτοδρομον credit, cui in stadio fidei perpetuum cum hostibus est certamen, adversus quos panoplia est utendum.

§. 7. Carceres, ex quibus emissi Cursores initium fecerunt cursus, dicuntur Græcis Βαλβις, γραμμὴ, ἄφεςις. Opposita his meta γραμμὴ, τέλος & σκοπός vocatur. ^a Hanc omni studio & ardore adsequi cursores contenderunt, ^b & non solum sequi præcurrentem, quod est διώκειν, sed etiam assequi, quod est καταλαμβάνειν. ^c

T 5

§. 8. Pri-

- ^a Meta fidei τέλος vocatur, nempe ἡ σωτηρία salus consummata & aeterna I. PETR. I, 9. adde huic loca HEBR. III, 6. 14. & VI, 11. Et τελειν τον δεομον est *metam* (το τέλος) *attingere* 2. TIM. IV, 7. idemque notat verbum τελειν simpliciter GALAT. III, 3. Vox σκοπός idem notat PHILIPP. III, 14.
- ^b Superanda omnis difficultas, ut metam consequamur. Si *arenæ* pedibus cedentis obstat impedimentum, oportet τροχιὰς ορθὰς ποιεῖν *firmiter nec lapsante gradu currere* HEBR. XII, 13. Si obest currentibus corporis moles & *pinguedo*, hoc *onus* (τὸν ὄγκον) deponere oportet, si *vestium* sarcinæ cursores gravant, abjicienda ἡ ἀμαρτία ὑπερέσματος *peccatum corpus undique instar vestis cingens*, monente eodem Apostolo ibidem. v. 1. quem locum multa luce perfundit Jac. ELSNERVS in Observat.
- ^c Hic sensus est τὸ διώκειν PHILIPP. III, 12. 14. I. TIM. VI, 11. Prior locus exhibet etiam verbum καταλαμβάνειν *assequi*. Sequor, ut assequar, postquam Christus me assecutus est, ait Apostolus eleganter certe & nerve. Ille aliud olim stadium, aliam viam elegerat præcurrentibus Pharisaïs. Medio in stadio currentem Christus corripuit, & manu, ore ac exemplo aliam viam

§. 8. Primo omnium metam adtingenti præmium concessum est, nempe corona ex olea, pinu, vel apio, quod præmium vocatur ἄθλον & βραβεῖον. ^a Qui longe post tergum victoris

viam ad beatam metam ostendit. Hunc ergo nunc sequitur Paulus ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας, & assequi studet, ut eundem cum Christo finem cœlestis felicitatis, quamvis alia mensura, attingat. Notabilis etiam locus est I. COR. IX, 24. ubi τὸ καταλαβεῖν a multis vertitur, *assequi brabeum*, sed Lambertus Bos docet, moneri fideles, ut *priores assequi* studeant, iisque præcurrere, quoniam non omnes brabeum fortiuntur, sed primi tantum.

^a Coronam *justitiæ* sibi promittit Paulus, id est, *justam, veram*, cum vera & perpetua gloria conjunctam 2. TIM. IV, 8. Eadem vocatur ἀφθαρτος *corrupti nescia* opposita τῷ φθαρτῷ σείφῳ Græcorum coronis facile marcescentibus I. COR. IX, 25. Eandem ob rationem dici videtur σείφανος ζωῆς *perpetuo vivens* & perpetuam vitam victori tribuens, cum victores Græcorum mori fuerit necesse APOCAL. II, 10. JACOB. I, 12. & ἀμάραντος *non marcescens*. I. PETR. V, 4. Hæc corona a scriptoribus Græcis appellatur ἄθλον vel βραβεῖον. Differunt autem hæc voces ut λήμμα & δῶρον. Nam ἄθλον dicitur præmium victoriæ, cum ipsi victores id arripiunt & auferunt, βραβεῖον vero, cum datur a βραβεύειν. Ita FABER in Agonistico. Hinc colligi posse videtur, non sine ratione præmium vitæ æternæ in sacris scriptis non ἄθλον, sed βραβεῖον vocari I. COR. IX, 24. PHIL. III, 14. ne scilicet! qua suspicio esset, ac si nostris viribus quicquam reportare valeamus. Verbum βραβεύειν notat idem, quod εἶναι βραβευτήν COLOSS. III, 15. notante Ven. ELSNERO ad h. l.

Storis relictus præmio carere cogitur, dicitur
 ὑπερείδαι & κατὰλείπειν. ^a

§. 9. Aliud certaminis genus est Δίσκος Discus, lamina ærea, lapidea vel ferrea circularis formæ, quam ope loramenti per medium discum immissi ejaculari consueverunt. Neque id factum sine strepitu, unde Ciceronis illud dictum intelligere poteris: Discum audire mavult, quam Philosophum. ^b

§. 10. Nudo capite certasse Discobolos, ne vehemens corporis motus excuteret capite pileum, tradunt scriptores. ^c Idem ut firmiter manu prehenderent & fortius emitterent, arena &

^a Verbum agonisticum est ὑπερείδαι in pietatis cursu consistere & ab aliis superari HEBR. IV, 1. ubi κατὰλείπειν ἐπαγγελίας est spem non consequi, relinqui a tergo. Ita & ὑπερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος gratiam non adipiscens. HEBR. XII, 15. Nec incongruum erit, huc referre ὑπερμάλο πίστεως, si quis fide vincitur ab aliis I. THESSAL. III, 10. Malis artibus quem impedire, ne in cursu nos superet est βασκαίνειν GALAT. III, 1. coll. V, 7. notante Lamberto B O S in Animadversionibus ad hunc locum.

^b Dictum Ciceronianum explicat ERASMVS Chiliadis V. Centuria II. Adagio XIX. De materia & forma Disci prolixius egit DEMPSTERVS ad Rosini Antiquitates libro V. cap. I. p. 310.

^c Auctorum loca afferre nimis longum erit. Ablegamus ergo lectorem ad FABRI Agonisticum lib. III. capite XXVIII.

& pulvere asperare consueverunt, teste STATIO Thebaidos lib. V. 670. ^a

§. II. Jaculum, *Ακόντισμα*, cum Disco fere congruit. Nam vel sola manu, vel ope lori mediæ hastæ alligati emissa est hasta, isque victoriam adeptus putabatur, qui metam tangere, vel ultra metam jaculum projicere potis erat. Laudatur enim apud HORATIVM Oda VIII. lib. I. sæpe disco, sæpe trans finem jaculo nobilis expedito.

§. 12. Jaculi loco in Pentathlo sæpe memoratur *πυγμα* pugilatus, durum certaminis genus, quod olim pugnis, deinde cestibus impugnavit adversarium. ^b Antiquum est & certaminis genus, quod Spartæ in usu fuit jam antè Lycurgum. ^c Cestus fuerunt coria bubula infuso ære vel plumbo munita, manibusque lori ope alligata.

§. 13. Pu-

^a Qui longius emittere discum valuit, vel, ut scopo (*τῷ τίμασι*) propius accederet, efficere, victor dicebatur, eodem FABRO narrante lib. II. cap. I. Spartanas Virgines in disci certamine superasse virorum robur & artem testatur Alexander ab ALEXANDRO dierum Genialium lib. II. cap. XXV.

^b Ipsa vox *πυγμα* pugnorum usum manifestat. Nam *πύξ* pugnis est, & *πυκτεύειν* pugilem agere, *πύκτης* & *πύσμαχος* pugil. Notum est illud Poetæ: *Unguibus ἔ* pugnis, *dein cestibus.*

^c Antiquitatem hujus certaminis ostendit laudatus sæpe Petrus FABER in Agonistico lib. I. cap. XII.

§. 13. Pugilum labor omnis in eo versabatur, ut se defenderent, & adversarium læderent. Ut igitur adversarii ictus evitari possent, inflecti magna arte corpus, & muniri probe latus debuit. ^a Ad feriendum autem adversarium, vires impendere omnes necesse fuit, & videre, ne illæ in vanum effunderentur, quod est ἀέρα δέρειν. ^b

§. 14. In feriendo & oppugnando adversario præcipue facies petitur, quod est ὑπωπιάζειν, quia plagæ, quibus fœdatur vultus, vocantur ὑπώπια. ^c Erecto corpore pugnare

^a Prudens est, cujus munita recte sunt latera & ab adversarii ictibus tuta. Is dicitur ἐδετέρω ληπτός. Contra imprudens, est θωπότερω ληπτός altero latere nudus, quas phrasas explicat CUPERVS Observat. lib. II. cap. II. Simulare latus nudum, ut adversarii ictu in ventum effuso, eo tutius aggredi illum possis, sophisma vocatur. Eodem pertinere τὰς μεθοδείας τῆ διαβόλης arbitrat. Clariss. ZORNIVS Bibl. p. 880.

^b Vires incassum effundere est ἀέρα δέρειν aërem ferire I. COR. IX, 26. iudice Lamberto BOS. Ad imperitorium σκιομαχίαν, qui cum palo vel statua lignea congredi debuerunt, in hoc loco respici putat Jac. ELSNERVS in Observat.

^c Carni sese contra legem divinam efferenti funestas & lethales plagas in pugna spiritali inferre est ὑπωπιάζειν τὸ σῶμα I. COR. IX, 27. quam vocem explicat Lamb. BOS in annotationibus ad hunc locum. Lethalia quoque vulnera indicantur, cum Deus dicitur *maxillam hostium percutere* PSALMO III, 8. aliisque locis, quod ad pugilum certamina refert Cl. ZORNIVS Bibl. pag. 902. seqq.

gnare decuit pugiles, quod est ἑρσοσάδην παίειν. ^a

§. 15. Denique gravioribus certaminibus accenseri meretur πάλη, Lucta, quæ antiquissima merito habetur. ^b Luctatores autem illi dicuntur, qui vestibus positis oleo uncti ac sparsi pulvere confertis manibus experiri vires solebant. ^c

§. 16. Du.

a Id probat FABER in Agonistico lib. I. cap. XII. Petrus ZORNIVS ἑρσοσάδην idem esse, quod ἑρσοσάδην παίειν censet loco citato, ad illustrandum locum GAL. II, 14.

b Luctæ Antiquitas vel inde patet, quod vel in scriptis Moſis & Jobi illius certaminis evidentissima occurrant vestigia, quod clarissime probatum dedit Cels. RHENFERDVS in Operibus Philologicis p. 625. Imprimis JOBI IV, 3. 4. de *manuum* remissarum confortatione & *genuum* incurvantium & fessorum roboratione sermo est. Utrumque indicatur per ΠΙΠ & ΨΟΝ JOSVÆ I, 6. illud manuum, hoc genuum firmitatem significat. Adde HEBR. XII. 5. ubi περιμέντας χεῖρας & παρακλυμένα γόνατα labantes manus ac genua restaurare jubemur. Præcipuas in lucta partes obeunt manus & genua, cum vel adversarium prosternere conamur manibus, vel adversario deprimenti resistit firmum in genibus robur.

c De oleo, quo uncti fuerunt luctatores, legi meretur SPANHEMIVS ad Callimachum p. 560. seqq. Cogitent ergo Christiani, se ab unctioe ideo nomen accepisse, ut perpetuam sibi adversus carnis blanditias, ac mundi tentationes luctam esse meminerint. Qui unguunt, dicuntur Ἀλείπται, qui una cum Ἀθλοδέταις, παιδοτρέταις & Γυμνασιάρχαις ad fortitudinem excitare luctantes & incre-

§. 16. Duplex autem luctandi ratio fuit: Alteram dixerunt ὀρθοπάλην, cum stantes & corpore erecto decertarunt. ^a Alteram vero ἀνακλινοπάλην appellarunt, cum jacentes humi manibus confertis in pulvere sese volutarunt luctatores. ^b

§. 17. Qui adversarium fortiter humum prostermit, is dicitur θλίβειν, κατέχειν, καταβάλλειν. ^c Non tamen victoriam quis retulisse putabatur,

increpare negligentes consueverunt. Hæc est παράκλησις, quam Deus ὁ Ἀλείπης, qui nos oleo Spiritus ungit, ubique proponit HEBR. XII, 5. ubi v. 12. summa adhortationis exprimitur. Pulverulenti fuerunt luctantes. Ut enim adversarium ob uncta oleo membra prehendi difficilem firmiter complecti liceret, pulvere conspersum eum esse oportuit. Hoc factum in lucta Jacobi cum Angelo Dei, idque indicari verbo קָנַן; putat Cl. ZORNIVS in Bibliotheca Antiqu. & Exeget. p. 905. seqq. ubi & alia loca conferuntur.

^a Stare σῆναι est vox ex veteri palæstra desumpta EPHES. VI. v. 12. ut stare possitis victores adversus fraudes Satanae. Præit nobis Goël, Satanæ victor, stans in pulvere, JOBI XIX, 25. Hunc sequi fortiter decet, quod monet Apostolus velut Ἀλείπης, I. COR. XV. v. ult. Ἐδραῖοι γίνεσθε καὶ ἀμετακίνητοι estote robusti, & loco vestro moveri nolite.

^b Victor tamen incumbit victo, quod ad illustranda loca GEN. XLIII, 17. & JOBI XXX, 12. applicat ZORNIVS loco citato.

^c Κατέχουσιν ἀπὸ τοῦ νόμου dicuntur, quos victos lex & subiectos in sua potestate continet ROMAN. VII, 6. Et Christi membra possunt quidem καταβάλλεσθαι vinci & dejici

tabatur, nisi ter dejecto adversario, quod Græci appellant *τριάξαι*.^a

§. 18. Munus τῶν Ἀλειπῶν fuit binos componere luctatores pares robore. Hinc Epictetus apud ARRIANVM inquit: Μέμνησο, ὅτι ὁ θεὸς σε ὡς Ἀλείπτης τραχεῖ νεανίσκῳ βέβληκε, cogita Deum te commississe aspero cuidam juveni, ut sc. patiens sis injuriæ. Ad ultimum cum victore ultimo certamen luctatorum præstantissimum reservare mos fuit.^b

§. 19. Dif-

dejici calamitatibus externis, perire tamen nequeunt eadem. 2. COR. IV, 9. adde APOC. XII, 10. Vi & corporis robore prosternentes adversarium collum illius prehensum reflectunt, ipsumque cadere supinum cogunt, quod est *τραχηλίζειν* & קנע *complecti collum*, unde קנע נני egregii luctatores fuisse videntur judice Doctiss. ZORNIO loco citato. Malis artibus uti, est *ἐξαπατῶν*, ut 2. COR. XI, 3. Evam Satanas vicisse fraude doloque dicitur; quæ Observatio est ejusdem ZORNII p. 892.

a Consule FABRI Agonisticon lib. V. cap. III. Luctator *ter* abjectus palman perdidit. *Ter* aggressus est Paulum Satanas, *ter* precibus hic vicit 2. COR. XII, 8.

b Epicteti adhortatio & Christianis usui esse potest. Deus enim, Deus est, qui quamcunque cum quocunque adversario luctam nobis immittit, ad fidem nostram, spem, constantiam, patientiam explorandam. Ultimus hostis, quocum certandum erit cæteris victis, mors est. I. COR. XV, 26. De officio τῆς Ἀλιπῆς egit Cel. ELSNERVS in Bibliotheca Bremensi Classe III. pag. 755.

§. 19. Differt itaque πυγμή pugilatus ἀπὸ τῆς πάλης a lucta, quod illa ferire, hæc deijcere hostem permisit. Quibus utrumque & ferire & prosternere adversarium concessum fuit, dicti sunt παγκρατιασταί, & certamen παγκράτιον. ^a

§. 20. Genus quoddam Pancratii fuit Ἀεροχειρισμός, cum summæ manus, & digiti tantum conferri sine totius corporis complexu. Cui hoc certamen placet, Ἀεροχεροσίτης vocatur, & luctari prehenfis manibus est ἀεροχειρίζεσθαι. ^b

§. 21. Ludi illi, quos hætenus eminus spectavimus, vel ad corpori robur conciliandum, vel augendam membrorum agilitatem pertinuerunt. Ad jocum & risum compositi contra fuerunt ludi pueriles.

U

§. 22. Τα-

^a Pancratiasten agere Paulo est πάντα ἡλεκατεσθαι vincere omnia, hoc est, quoad omnia, tam pugilatum quam luctam I. COR. IX, 25. Abstinentiam a Venere & Vino necessariam athleticis indicari ab Apostolo censet Cel. ELSNERVS ad h. l. De libertate rerum dulcissima, qua abstinere coacti οἱ ἀσπνίζόμενοι, cogitavit Alexander MORVVS. Certe athleticè vivere, est genio indulgere, unde omnimoda continentia intelligi nequit. Vide FABRVM lib. III. cap. I. II. De Pancratio jam ante me scripserat ad explicandum Pauli locum citatum Jac. LYDIVS, quem relegere, post collecta hæc de ludis Græcorum spicilegia, demum cæpi.

^b Totam rem exponit PASCALIVS de Coronis lib. VI. capite XXIV.

certamina ingressi in tres classes divisi sunt. Primam occuparunt παῖδες, alteram ἀγένεοι imberbes, tertiam ἄνδρες Viri. ^a

§. 4. Longa præparatione eguit Olympica decertaturus, nempe per X. integros menses. Hæ præparationes Græcis vocantur προγυμνάσματα, πρόπειρα, μελέται, ἀσκήσεις. Primi IX. menses leviora, ultimus graviora exercitia & ipsa certamina experiri debuit. ^b

§. 5. Ordinem certantium fors constituit. Nempe immixtis in situlam globulis literarum caractere notatis, extrahere globulum certaturos jubebant. Quibus eadem litera obtigit, eos decertare & congregari fas fuit, servato tamen ætatis ac roboris discrimine. ^c

§. 6. Hæc

^a De puerorum certaminibus docte differit PASCHALIVS de Coronis libro VI. cap. XXIX. In spiritali certamine eadem locum habet distinctio. Nam παιδας, νεανίσκος & πατέρας habes I. JOH. II, 12. ubi de vincendo Satana sermo est. Hoc in certamine ineundo discrimen indicari quoque HEBR. V, 14. ex voce γυμνάσειαι colligit Alex. MORVS, satis docte, si satis vere.

^b Progymnastarum est τρέχειν ἀδύλας currere privatim nemine spectante intra Gymnasium, & τρέχειν ἕως κενού, sine honore, irrito profusus labore, sine spe præmii, & αἶρα δέρειν cum umbra luctari, I. COR. IX, 26. GAL. II, 2. notante Alexandro MORO in notis.

^c Clar. ZORNIVS in explicando globulo albo APOC. II, 17. & hos quoque globulos in censum venire jubet, in Bibl. p. 445.

§. 6. Hæc regere & curare τὰς Ἑλληνοδίκας oportuit. ^a Horum enim munus fuit, videre, ut leges certaminis sanctæ essent ac inviolatæ, quas servare certantes coacti sunt, idque promittere interposito juramento. ^b Peccantes coerciti per servos publicos Μασιγοφόρους, Ῥαβδῶχες, quibus præfuit ὁ Ἀλυτάρχη. ^c

§. 7. Certamina in Olympicis ludis varia locum habuerunt, quod ex superioribus colligi facile potest, nempe non solum πένταθλον sive quinquertium, ^d sed etiam ludi scenici, certamina

U 3

mina

^a Eosdem & Ἄγωνοθέτας dici probat Ant. van DALE loco citato. Itaque ab his corona victoribus distributa fuit, quod indicari, facta ad nomen Ἑλληνοδίκης in voce δίκαιος allusione, conjicio 2. TIM. IV, 8. Cæterum X. fuerunt ludorum Præfides, quorum III. certamini equestri, totidem alii quinquertio, reliqui IV. Musicis agonibus præfecti fuerunt. Iidem in Musicis sedere, in Gymnicis agonibus stare consueverunt, referente PASCHALIO de Coronis libro VI. cap. XI.

^b Ergo νομίμως ἀθλεῖν legitur curam habere in certamine oportet, si coronari velis, 2. TIM. II, 5. Non licet in sacro certamine decertare quando, quo modo & contra quos tibi placuerit, sed Christi leges audiendæ. Vide Lamb. Bos ad h. l.

^c Minas Ἀλυτάρχη audire mihi videor, cum APOCAL. III. v. II. Christus minatur: *Ecce venio brevi, tene, quæ habes, ne quis coronam tuam tibi auferat.* Memini τῶν ῥαβδῶχων, cum ῥάβδος σιδηρᾶ occurrit. Apoc. II, 27.

^d Imprimis ludi equestres, vel ἵππων κλήταν, cum equo uno defultorio usi sunt certantes, vel συναρίδος, cum bigis vecti fuerunt, vel ἀπήνης, cum mulis rhedæ junctis certatum est.

mina Musica, & exercitia ingenii, ut Eloquē-
tiæ & Poëticæ. ^a

§. 8. Præmium Victorum fuit corona Olea-
ginea, nempe ex ea oleæ specie, quam *κότινον*
dixerunt, teste Scholiaste ARISTOPHANIS in Pluto
v. 585. ^b Vile sane pro tantis sudoribus pretium,
unde ARISTOPHANES *λήρως* nugas vocat præmia
Olympica loco citato v. 589. ^c

§. 9. Glo-

^a Comædia & Tragædia certaminis præcipuam dedit
materiam. Tragædia *ἀπὸ τῆς τραγῆς ἢ ἀδῆς* ab *hirco* &
cantu nomen traxit. Caper enim victorum præmium
fuit. Hanc antiquiorem Comædia multi putant, &
in Bachi honorem ad torcular decantatam. Aliter
sentit Scaliger. Utrumque nomen idem olim signi-
ficasse carmen putat Casaubonus. Comædia *ἀπὸ τῆς*
κωμῆς a *hico*, ubi recitabatur, denominata differt a
Tragædia, quod hæc tristia, illa læta, hæc sublimia,
illa vulgaria modulatur, hæc a magnatibus cothurna-
tis, illa a quovis e plebe agitur, hæc tristem, illa læ-
tum habet exitum. Comædiæ veteri & mordaci suc-
cessit media paulo lenior, huic nova a calumniis alie-
na, & mores tantum pessimos perstringens. Qui plu-
ra cupit, adcat SCALIGERVM de Arte Poëtica, & CASAV-
BONVM de Satyrica Poësi &c. Nobis longioribus esse
non licet.

^b De *κοτινω* optima oleæ specie videatur PASCALIVS
lib. VI. capite XVIII. qui lib. V. cap. VI. notat, Pinda-
rum certamina IV. solennia appellare *φωδωφόρους ἀϊωνίας*,
feraces foliorum ludos.

^c Olea Minervæ sacra Athenarum præfidi, & pacis nuncia
est. Ad oleam pacis emblemata, & victoriæ præmium
spectare

§. 9. Gloriæ potius cupido quam lucri incitare Certantes ad præclara quævis audenda debuit. Cessit enim Victoribus hoc præmium tanto spectatorum numero præsentem. Nec solum civitates Græcæ legatos suos miserunt ad solennes illos ludos, sed etiam ex universo fere terrarum orbe admiratores aderant. ^a

§. 10. Accesserunt & alia, quæ gloriam Victorum ad sidera tollere videntur. Nam per Præconem voce elata victores Olympiæ citare mos fuit. ^b Iisdem etiam statuæ in luco Jovis Olympici positæ fuerunt, quas tamen, si iusto essent majores, everterunt & dejecerunt rursus Hellanodicæ, LVCIANO teste pro imaginibus. ^c

U 4

§. II. Por-

spectare *fructum paciferum* καρπὸν εὐρηνικὸν HEBBR. XII. v. II. arbitratur Jac. LYDIVS in Agonistica sacra cap. XLII. At quoniam de Castigatione a patre Cœlesti profecta loquitur eodem loco Apostolus, potius ad *Virgam Aaronis* primo aridam, dein frondentem & frugiferam convertendos esse oculos putem.

^a Hæc est *nubes testium* νέφος τῶν μαρτύρων HEBBR. XII, I. quæ Christianorum fidei & fortitudini calcar addere possunt. Nempe circumfusæ angelorum legiones, & tot antegressi veritatis testes, quorum imagines non ex lapide sculptæ, sed inscriptis cœlo nominibus æternitati consecratæ.

^b Ingeniosa est Jac. LYDII allusio, monentis Christum κηρύσσεισθαι, id est, victorem mortis, Satanæ & inferni declarari per Evangelii præcones, in Agonistica Sacra cap. XLIII.

^c Qui in lucta spiritali Christo duce vincit, illius unquam columnam egressuram ex templo, periculum non est. APOC. III, 12.

§. 11. Porro splendido convivio ab Agonothetis excepti fuerunt Olympionicæ. ^a Iidem magna cum pompa quadrigis vecti, & palma ornati in patriam sunt reversi. ^b Hi universo exercitui belli tempore præfecti, publico sumtu nutriti, ornatu vestium singulari a reliquis distincti, monetam signandi jure donati, asyli privilegio muniti, & ἱερόθεοι habiti fuerunt. ^c

§. 12. Alterum ludorum genus constituunt Pythii, prope Delphos in Apollinis honorem celebrati, quæ urbs & Pytho dicta. ^d Ab occiso Pythono serpente nomen deducit OVIDIUS Metam. lib. I. v. 447. Incertus auctor est.
Reno-

^a Victori promittitur *cibus cælestis* ex arbore vitæ APOCAL. II, 7. quem locum cum Victorum epulis confert CL. ELSNERVS, in Observation. ad hunc locum.

^b Palma omnibus victoribus communis fuit, unde *palma* in piorum manibus sunt. APOC. VII, 9.

^c Cuncta sigillatim notat PASHALIVS de Coronis lib. VI. cap. VII. & VIII. Hoc sane modo manifestum fieri victorem & innotescere cunctis necesse fuit, nec *τρέχειν ἀδήλων*. I. COR. IX, 26. quod & notat Clariss. WOLFFIUS in Curis Criticis ad h. l.

^d Mileti quoque, Magnesiæ, Thessalonicae ac alibi locorum ludi Pythii agi deinde cæpti, quod ostendit Ezech. SPANHEMIUS ad Callimachi hymnum in Delum in princ.

Renovarunt Amphictyones quinto quoque anno repetitos. ^a

§. 13. A principio sola in his certamina Musica admissa fuerunt, nempe *κίθαρὸν* & *αὐλὸν*, quod Apollo inventor citharæ dicitur. Hinc νόμος πυθικός denominatur. ^b Deinde accesserunt certamina Gymnica, equestria, curulia, & ingenii. ^c

§. 14. Pythii agones primo fuerunt ἀργυρίαι, argenteis præmiis donantes victores suos, ubi scilicet sola certamina Musica locum habuerunt. Post facti iidem sunt σεφάνται, coronas ex esculo,
 U 5 lauro,

^a Amphictyonum concilium sacra curavit, imprimis oraculum Apollinis Delphici, idemque jus Græciæ commune ac libertatem populi defendere, bellum indicere & suscipere debuit, & quæ alia sancti collegii fuerunt munia. Compositum autem fuit hoc Concilium ex legatis XII. Græciæ civitatum, quarum singulæ singulos interdum & plures legatos miserunt. van Dale ad Marim. Diff. VI.

^b Hujus carminis, quo certamen Apollinis cum Dracone celebratur, quinque recensentur partes 1.) ἀνάκρισις exhibens Apollinem ad pugnas se accingentem. 2.) ἀμπειρα primum prælii tentamen, 3.) καλακισλευσμός hortatio ad pugnam. 4.) Ἰαμβοὶ καὶ δάκτυλοι irrifio devicti serpentis. 5.) συρισμός fibilus moribundi hostis. Hæc dum cogito, memini victoriæ istius maximæ & utilissimæ generi humano, quam filius Dei non Jovis, sol justitiæ de antiquo illo Dracone reportavit, decantatæ a Paulo & fidelibus uno ore omnibus. I. Cor. XV, 54.

^c Artis etiam Pictoriæ certamina in Pythiis ludis viguisse probat FABER in Agonistico lib. II. cap. XXIV.

lauro, palma tribuentes victoribus, cum accessissent certaminum genera reliqua, teste OVIDIO Metamorphoseon lib. I. v. 448.

§. 15. Tertium in certaminum sacrorum ferie locum merentur ludi Nemei, ab urbe Argivorum Nemea nomen adepti, instituti primo quidem in honorem Archemori sive Ophelitæ, quem a matre Hypsipyle in prato relictum serpens venenato morsu interfecerat, restaurati tamen deinde ab Hercule & Jovi Nemæo dicati, ad conservandam devicti leonis Nemæi memoriam. ^a

§. 16. Tertio quoque anno redierunt ludi Nemei, quibus præfuerunt electi ex Corinthiis, Argivis & Cleonæis civibus Judices & Præsides, induti atra veste, & luctui Hypsipyles condolentes. Certamina omnis generis hic locum invenerunt, in quibus præmium victorum fuit Corona ex apio. ^b

§. 17. Agmen claudant ludi Isthmici ab Isthmo Corinthiaco horum solennium sede denominati. Causa ludorum prima fuit cadaver Palæmonis vel Melicertæ, cujus cadaver diu in litore insepultum jacuerat, pestemque excitaverat,

^a Hæc & alia POTTERVS narrat Archæologiæ Græcæ lib. II. cap. XXIV.

^b Solennia ista describit POTTERVS l. c. Id solum monemus, plerasque veteris religionis partes mortuorum honori sacras fuisse. Nam & Apio sepulchra fuerunt sparsa, PLUTARCHO teste in Timoleonte.

rat, donec inventum jussuque oraculi humo
mandatum fuit, in cujus rei memoriam ludos
triennales instituere placuit. ^a

§. 18. Intermittos aliquantum ludos The-
seus restituit, & Neptuno dicavit auctos multo-
rum rituum pompa. Ut omnis generis Cer-
tamina, ita imprimis cursus armatorum ornavit
hæc solemnia. ^b

§. 19. Isthmiorum ludorum curam habue-
runt Corinthii, eversa autem per C. Mummius
Corintho, Sicyoniis id negotii datum fuit, do-
nec honorem pristinum recuperavit restaurata
Corinthus. Corona ex pinu vel apio victoriæ
præmium fuit. ^c

CAPVT

^a Isthmi vox, ut hoc in transitu moneam, ex voce He-
bræa סתם *claudere* nomen habet, est enim terra
utrinque mari clausa. Melicerta in lingua Phœnicum
מלך קרתא *regem urbis* indicat. SELDENVS ex
מלך עריצ *Rex validus* nomen deducit, quo & Her-
cules olim usus est. Synt. I. cap. VI.

^b Ex Pausania narrat FABER in Agonistico lib. II. cap.
XXIII.

^c Et Romani ludos Isthmicos receperunt in urbem suam,
quod ex Polybio refert FABER loco citato. De præ-
mio victoris Isthmici lege, si placet, PASCHALIVM lib.
VI. cap. XXVI. & seq.

DE SEPULCHRIS.

§. I.

ULTIMA vitæ humanæ scena Mors est, quam communem hominum sortem experiri quoque Græciæ veteris Cives debuerunt. Græcorum ergo mortem ita contemplabimur, ut primo monumenta & sepulchra, domicilia mortuorum, interdum & a vivis ante obitum exstructa, deinde mortem ipsam, eaque, quæ vel obitum antecedere vel sequi solebant, consideremus.

§. 2. Sepulchra Græcis dicuntur *τάφοι* communi nomine. Et *Ἄδης* sepulchrum notat. ^a Et *κοιμητήριον* dormitorium proprie, monumentum-

^a *Ἄδης* nomen tulit ex *ἀεί* *semper*, quod perpetuo in morte manendum sit, vel ex *ἀ* priv. & *εἶδω* *video*, quod oculis nos eripiat tumulus, vel ex Hebr. **אֵד** *perditio*, quia corporis saltem interitus sepulchrum est. Hunc sensum admittit vox *Ἄδης* MATTH. XVI, 18. & LUCÆ XVI, 13. notante Hugone GROTIUS ad h. l. WINDETVS de vita functorum statu observat, hoc vocabulum notare & corporis & animæ separatæ locum post mortem, ut adeo Christus descenderit *πρὸς ἄδην* ad inferos, cum corpus fuit sepulchro inclusum, anima autem Paradiso addita. Vide Bibliothecam CLERICI selectam. Tomo I. p. 370. Et auctor Historiæ Symboli Apostolici eisdem sententiæ subscribit, putatque, articulum de Christi descensu ad inferos ideo symbolo Apostolico additum esse, ut Apollinaristis animam Christi rationalem negantibus iretur obviam. Capite IV. Hæc in transitu.

numentum improprie designat. ^a Euripides τὸν αἰὲν νεκρὸς θαλαμὸν appellat. ^b

§. 3. Sepulchrorum locus fuit extra urbem, quia mortuorum contactu pollui se in urbe posse crediderunt. Defuncti Athenis per portam sacram elati teste THEOPHRASTO Eth. Char. capite XV. Alias in montibus quoque sepulti fuerunt Heroes, quod ex VIRGILIO patet Æneid. lib. XI. v. 849. ^c Frequentius tamen in agris prope vias publicas. ^d

§. 4. Ly-

^a Mortis imaginem somnum esse OVIDIVS auctor, soporem consanguineum mortis VIRGILIUS. Hinc ergo sepulchra dormitoria dicuntur. Imprimis ita dici merentur Sepulchra piorum, in quibus corpora *requiescunt a laboribus* APOCAL. XIV, 13. usque ad beatum futuræ resurrectionis diem. Vide ZORNII Bibliothecam p. 503. & ALMELOVEENII Amœnit. p. 34.

^b Euripidis verba allegat SCHLICHTERVS in Decimis sacris, & confert eorum sententiam, qui per *domum aternitatis* ECCLES. XII, 5. sepulchrum intelligi putant. p. 22.

^c Hinc derivare licet cultum sacrum in montibus peractum, quoniam Heroibus eodem loco honores divini fuerunt exhibiti, quo sepulta jacuerunt cadavera. Mose in monte Nebo, Aaron in Hur, Josua in Ephraim sepultus, unde sepulchra montana non ignota olim fuisse colligere licet. Plura de hac materia dabit Bibliotheca ZORNII p. 603.

^d In Agro Abrahami ac posterorum monumentum fuit. Josephi Arimathæensis sepulchrum in horto. Juxta vias publicas sepulchra Judæorum fuisse ex LVCAE XI. v. 44. constat, ubi Pharisei sepulchris conferuntur, quæ ab infciis & invitis viatoribus calcantur. Singulari Dissertatione hunc locum illustravit Joh. Gottlob NIMPTSCH Lipsiæ. 1721.

§. 4. Lycurgus tamen concessit intra urbem & circa templa humari defunctos. Et apud Thebanos domum structurus primam sepulchri parandi curam esse fas putavit. ^a Hinc cultus Penatium & Larium originem ducere videtur. ^b

§. 5. Infedit autem multorum animis ardens cupido, ut proprio sepulchro conderentur, & majorum ossibus sua adderentur. Universam Spartanorum gentem ita sensisse, vel inde patet, quod in prælium ituris tesseras ad brachia alligarunt, unde agnosci quisque post obitum posset, & proprio condi monumento, quod refert JUSTINVS lib. III. cap. V. ^c

§. 6. Primum omni arte & pompa caruerunt Sepulchra, nempe speluncæ, cavernæ, χώματα, ὑπόγαια fossæ, in quibus sepulta cadauera & humo tecta sunt, ut hodie fieri solet. Hoc decla-

^a Heroùm sepulchris imposta fuerunt Templa, in quibus illorum genio sacra facere consueverunt. Christiani in Martyrum sepulchris convenerunt, his illustribus fidei exemplis ad Constantiam incitandi, quæ loca deinde muro septa & pro templis habita fuerunt. Hinc manavit in templis humandi consuetudo. Vide DOVGTAËVM in Analectis P. I. p. 283. seq.

^b Vide ZORNII Bibliothecam Antiq. Exeget. p. 599.

^c Eadem pia desideria in Patriarchis apparent. GENES. XXIII, 20. XLVII, 29. 1. REGVM XIII, 22. NEHEM. II, 3. quæ fidem, quam divinis habuerunt promissionibus de hæreditanda terra Cananæa, produnt. Vide RAMIRESII Pentecontarchum p. 114. & DOVGTAËVM Analectorum parte I. p. 25.

declarat VIRGILIUS Æneid. libro VI. v. 365. Aggestum terræ cumulum aut struem lapidum HOMERVS addit Iliade XXIII. v. 255. ^a

§. 7. Mox majori cura & luxu Sepulchris struendis operam dederunt mortales. Placuerunt multis sepulchra ædium instar fornicata, januis instructa & munita janitoribus. Externum non defuit etiam atrium, quod περιβολον, ὑπαίθρον, γείσιον dixerunt. ^b

§. 8. Additi etiam sepulchris cippi, columnæ, ἑῆλαι, in quibus elogium defuncti, nomen, genus, patria, res gestæ, & mortis genus breviter descripta, quod ex THEOPHRASTO constat Eth. Characterum capite XIV. Et ita ex sepulchris facta

^a De adjecta lapidum strue ex Pausania differit DOVGTAEVS in explicando loco 2. SAMVELIS XVIII, 17. laborans, ubi idem in Absalomi sepulchro observatum legitur.

^b Qui magnificentiam sepulchrorum veterum nosse cupit, adspiciat Mausolæum, Regis Mausoli splendidum monumentum, quod inter orbis miracula referri meruit. Magnificum Cyri sepulchrum describit EVSTATIUS ad Dionysium v. 1069. De Pyramidum stupenda mole, quas sepulchrorum loco fuisse verosimile est, passim loquuntur scriptores, imprimis Herodotus. Sepulchrorum januas exponit ZORNIVS in Bibl. pag. 506. Vides ergo, quare πύλαι ἄδης portæ sepulchri MATTH. XVI, 18. & κλείδες ἄδης καὶ θανάτου claves sepulchri & mortis APOC. I, 18. memorentur. In sepulchris vilissimi hominum vitam egerunt MATTH. VIII, 28. unde constat, ædibus non multum dissimilia illa fuisse, quod probat Ven. ELSNERVS ad hunc locum. In atrio sepulchri sive ὑπαίθρου sedisse mulieres MATTHÆI XXVIII, 2. coniectura est magni GROTIJ ad hunc locum.

facta sunt monumenta *μνημεία*, cum quid apparet, quod posteros monere & defuncti memoriam renovare queat. ^a

§. 9. Lycurgus nomina defunctorum sepulchris addi vetuit, nisi essent in prælio cæsi aut puerperæ in partu extinctæ. ^b Elogii loco sæpe fuit sententia quædam, *τὰς ἀγαθὰς καὶ θανάσιον εὐεργετῆν δεῖ*, aut huic similis. ^c

§. 10. Adjecta sæpe emblemata quædam defuncti ætatem, sexum, vitæ genus vel fata depingere apta. Ita Diogenis tumulum ornavit imago canis, Isocratis simulacrum Sirenis, Archimedis in sepulchro apparuit sphaera, & cylindrus, in tumulo militum arma, nautarum remi, innuptarum aqualiculus in manu puellæ, quia virginum tumulo aquam inferre mos fuit. Vide VIRGILII Æneida lib. VI. v. 233. ^d

§. 11. Viris præclaris & nobilibus extra patriam defunctis, sive sepulturæ honore affectis sive carentibus consecrata sunt *κενοτάφια* & *κενήριζα*, sepulchra ossibus ac cinere vacua. Huc manes magna voce ter advocarunt, ut eo essent tran-

^a Confer FEITHII Antiquitates Homericas lib. I. cap. XV. Judæis quoque solenne fuisse *κοσμεῖν τὰ μνημεία* ex MATTHÆI XXIII, 29. patet. Videatur de hac re ZORNIVS in Opusculis S. Tomo II. p. 189.

^b POTTERVS Archæol. lib. IV. cap. VII.

^c Eiusdem generis est dictum illud Epicuræum: Amicum vivimus, vivamus; quod convenit cum I. COR. XV, 32. *Edamus & bibamus, cras enim morimur*, notante ZORNIO in Bibliotheca p. 502.

^d Prolixe hæc persequitur POTTERVS loco citato.

tranquilliores, teste VIRGILIO lib. VI. v. 500. & HOMERO Odyss. I. v. 291. Nam sepultura carentes centum annos vagari putarunt, eodem VIRGILIO referente ibidem v. 329.

CAPVT XXX. DE SEPULTURAE RITIBUS.

§. I.

Simul ac gravis aliquis morbus lecto affixit ægrotos, rhamnum & laurum præ foribus collocare solenne fuit, ad Deum medicinæ placandum, & fugandos Cacodæmonas, quod habet LAERTIVS in Vita Bionis.

§. 2. Antequam ad eum, quem postea attingit, apicem pervenit in Græcia Ars medica, ^a publicæ luci & oculis omnium expositi fuerunt Græcorum ægroti, ut prætereuntium audiri possent consilia, ^b vel in templum Æsculapii delati, qui medicorum Deus credebatur, quam rem perhibet ARISTOPHANES in Pluto. v. 619. & in Vespis v. 125. ^c

X

§. 3. Ar-

^a Nimum extollit Medicinæ antiquitatem Celeberrimus REIMMANNVS, cum Methusalem vi nominis, quod ex **מֹד** mors & **מִלֵּשׁ** ablegabit, deducit, medicum fuisse asserit, in Historia literaria antediluviana, eumque se ipsum omnium primum curasse, ac ad tantam longævitate pervenisse affirmat.

^b In foro, id est, viis latioribus & celebrioribus expositos ægrotos videbis MARCI VI, 56. quem morem Judæorum cum Græcia antiqua comparat DOUGTAEVS Anal. Parte II. p. 35.

^c Certissimus corporis & animæ medicus in templo medelam attulit ægrotis MATTHÆI XXI, 14.

§. 3. Artem medicam apud Græcos æque ac Romanos olim Servis demandatam fuisse, quidam tradunt, sed parum firmis nixi rationibus. Certe Athenis leges non concesserunt, servum aut scæminam arti medicæ dare operam, apud HYGIVM, fabula CCLXXIV. ^a

§. 4. Medicos publica auctoritate morborum medelæ præfectos fuisse, constat. Hoc enim sensu Medici dicuntur δημοσιεύειν, artem publicam exercere apud ARISTOPHANEM in Acharn. v. 1022. Iidem tanto in honore fuerunt, ut σωτήρες & θεοὶ fuerint appellati. ^b

§. 5. Morbum ut dignoscerent, & periculi magnitudinem colligerent Medici, variis criteriis usi sunt. Imprimis oculorum color, forma, & accidentia huc faciunt. Ita enim HIPPOCRATES ἐπιδημ. Tomo I. p. 809. editionis Lugduno Batavæ, quæ prodiit 1665. ὀφθαλμοὶ ὡς ἀνὶ ἰχθύωσιν, ἄτω καὶ γῆρον, ut valent oculi, ita & corpus. ^c

§. 6. Ubi

^a Hanc controversiam recenset Doctiss. ZORNIVS Opusculorum Sacrorum Tomo I. p. 336. Meretur etiam legi SCHVLTZII Dissertatio de Servo medico, & MIDDLETONI de Medicorum veterum conditione.

^b Lystrenses claudum mirabili arte sanatum a Paulo videntes ob stupendam medendi, ut putabant, scientiam divino eum honore tractare voluerunt. ACTOR. XIV, 10--13. quod scite monuit Petrus ZORNIVS loco citato p. 340.

^c Egregie hæc Hippocratis verba applicat ad Christi dictum MATTH. VI, 32. Si oculus tuus malus est, totum corpus caliginosum erit, Vir Excellentissimus Ludov. Christianus MIEGIVS, cujus humanitati notabilem istum medicorum principis locum debeo.

§. 6. Ubi nulla recuperandæ sanitatis restabat spes, moribundorum resecti capilli Diis inferis, velut primitiæ, consecrati sunt, quod ex VIRGILIO discas Æneid. lib. IV. v. 695. seqq. Videtur hic ritus a sacrificiis pecudum transiisse ad homines, quos victimas nil miserantis Orci appellat HORATIVS libro II. Oda III.

§. 7. Pro ægrotis morti proximis dictæ ad Mercurium preces, quas εὐχὰς ἐξιτηρίας vocant, ut Deorum iste nuncius, qui levem aurea virga coercet turbam, ut ait HORATIVS, ad inferos deduceret morientium animas. libro I. Oda X. ^a

§. 8. Ultima morientium verba ore moribundo prolata attentis & avidis auribus exceperunt Amici. ^b In ipso autem mortis articulo iidem excedentem e corpore spiritum exceperunt superincumbentes. ^c Quod humanitatis officium negligere injustum putatur. Ita OVIDIVS Heröid. XI. v. 115.

Nec super incubui, nec oscula frigida carpsi.

X 2

§. 9. Mor-

^a Dum caducei me subit memoria, quo manes deducit ad orcum Majagenitus, recordor *sceptri* Jehovah, quod solari Psalten potuit כַּצֵּר טוֹר in umbra mortis PSALMO XXIII, 4. De angelis Lazarum in Abrahamæ gremium deferentibus, supra capite XVII. diximus.

^b Beatæ & cælestis æternitatis munera præsentire animus creditur, cum pene solutus est vinculis corporeis. Et sane memorabilia sunt ultima Socratis & Senecæ & aliorum dicta. Sed tamen majorem merentur attentionem ultima Jacobi & Mosis vaticinia. GENES. XLIX. DEVT. XXXIII. & Davidis 2. SAMVELIS XXIII.

^c Simile quid in Patriarcha Josepho apparet GENES. L, I.

qui

§. 9. Mortem proprio nomine θάνατον raro dixerunt Græci, sed per εὐφημισμὸν vel ὕπνον dixerunt, ut CALLIMACHVS Epigrammate X. ^a vel ἀπόλυσιν, vel μετ'άβασιν. ^b Mori Græcis dicitur ἀπέρχεσθαι, κοιμᾶσθαι &c. ^c

§. 10. Non-

qui lapsus in faciem mortui patris fleuit. Adde Eliæ & Elisæi gestus & facta I. REGVM XVII, 21. 2. REGVM IV, 34.

^a Christus de Lazaro JOH. XI, 11. Lazarus, amicus noster κοιμήσθαι dormit. Confer & I. COR. XI, 30. multi Corinthiorum dormiunt, id est, defuncti sunt. Eundem sensum admittit illa Pauli adhortatio ΕΡΗ. V, 14. "Ἐγείραι ὁ καθεύδων, surge qui dormis, id est, mortuus es in peccatis, quod explicatur clarius in sequentibus. Conferri illa possunt, quæ in Bibliotheca Bremensi Class. III. fasciculo IV. Diff. V. monentur.

^b Mortem dici ἀπόλυσιν, observat Alexander MORVS in notis ad LVCAE II, 29. ubi Simeon gaudet ἀπολύεσθαι mori in pace. Cum μετ'άβασις mors vocatur, quod probat GATACKERVS ad Marcum Antoninum p. 46. videtur alludi ad tentorium, quod huc illuc transferri pro lubitu potest. Nam corpus a Nicandro σκῆνος vocatur, & præcipue a Paulo 2. COR. V, 1. 4. monente summo BOCHARTO in HIEROZOICI Parte II. lib. IV. c. X. Et ἀγγεῖον θῆσαι animæ appellat corpus M. Antoninus lib. III. §. 3. ut Paulus I. THESS. IV, 4. notante GATACKERO ad Antoninum.

^c Ἀπέρχεσθαι Christus dicitur, id est, mori JOH. XVI, 7. μεταβαίνειν transire alio JOH. XIII, 1. utrumque ex scriptoribus Græcis probat Eruditiss. WOLFFIUS in Curis Criticis ad hæc loca. Ἀναληφθῆναι animam, cum migrat e corpore, credit M. Antoninus lib. IV. §. 14. ut Christus ἀνελήφθη MARCI XVI, 19.

§. 10. Nonnunquam contigit, ut quis deliquo correptus, sive in terris ignotis delitescens pro mortuo haberetur, qui deinde spirare adhuc & vitali aura vesci deprehendebatur. Hos ergo singulari ratione inter vivos denuo receperunt, expiatos nempe instar infantum aquis lustricis, unde *δευτερόπομοι* & *ύσερόπομοι* vocantur. ^a

§. 11. Si vero vere quis mortuus esset, oculos atque ora cognati claudebant. Hoc officii mater Euryali præstare cupit filio, apud VIRGILIVM *Æneid.* v. 486. Idem confirmat HOMERVS *Iliad.* XI. v. 419. Ad decus ac honestatem id pertinuisse constat Cæsaris Augusti exemplo, teste SVETONIO cap. XCIX. ^b

§. 12. Ablui deinde cadaver fas fuit, teste VIRGILIO lib. VI. *Æneid.* v. 219. eundemque morem confirmat HERODOTVS lib. II. c. LXXXVI. ^c Pollinctura cadaverum, quæ a corruptione tuta præstat

X 3

^a Videatur de his Herin. WIRTSIVS, Vir acutissimi iudicii, in *Ægyptiacis* libro II. cap. XVI. §. 9. qui ritus gentium quosdam non absimiles baptismo recenset. Videor hic invenisse vestigia *της παλιγγενεσίας*, qua regeneramur ex spirita & aqua lustrali sanguinem Christi referente, cum vitæ spirituali olim amissæ denuo redimur. JOH. III, 5. TIT. III, 5.

^b Judæorum similem consuetudinem refert SELDENVS de Synedriis lib. II. c. VII. Evidens est locus GEN. XLVI, 4. *Josephus manu sua comprimet oculos tuos.*

^c Idem evenit Tabithæ defunctæ ACTOR. IX, 37. quem locum repetitis ex Græcia testibus firmat DOVGTAEVVS in Anal. II. p. 77.

præstat corpora, Græcis parum nota, Ægyptiis frequentissima fuit. ^a

§. 13. Græci lota ac uncta mortuorum corpora ferali veste ornarunt, nempe amiculo & fasciis, quæ δεσμοὶ ἐντάφιοι, χειρία & ὀθόνια dicuntur. ^b Vestes illæ albæ plerumque fuerunt. Lacedæmonii tamen veste rubra & militari indui

^a Ægyptiorum medici cadaveribus pollingendis operam suam addixerunt. Ideo GENES. L, 2. מִיִּנְפֵי recte a LXX. interpretibus vertitur per ἐνταφιασά pollinctores. Ad pollingenda autem cadavera usi sunt aromatibus, quod probat GATACKERVS ad M. Antoninum lib. IV. cap. XLVIII. ut Christi corpus mortuum condierunt aromatibus sanctæ mulieres MARCI XVI, 1. Et Ceram adhibuerunt, unde Mumias a Cera dictas fuisse probat BOCHARTVS in Hierozoico, Parte II. lib. IV. cap. XII.

^b De fasciis sepulchralibus videatur CVPERVS Observatio- num lib. II. cap. IX. Lazari manus pedesque ligamentis impediti fuerunt JOH. XI, 40. Stephanus le MOYNE, cum varia de vestibus sepulchralibus monuisset, exponit phrasin λύειν ὀθόνια τῆ θανάτου ACTOR. II, 24. ostenditque Hebræorum לִבְנָה & funem & dolorem notare, eademque ratione per vocem ὀθὸν per Hebraïsmum fascias sepulchrales indicari. Vide ejus notas ad Varia S. p. 304. Ut ἐντάφιοι δεσμοὶ sepulchrales fascias significant, ita ἐνταφιάζειν est ad mortem præparare MATTHÆI XXVI, 12. judice ELSNERO in notis ad hunc locum. Christus enim ante mortem compositus est ad mortem, ut Socrates ante abitum amiculum feralis accepit ab Apollodoro, apud ÆLIANVM Var. Hist. lib. I. cap. XVI.

dui defunctos voluerunt. De alba HOMERVS Iliad. XVIII. v. 357. de rubra AELIANVS Var. Hist lib. VI. cap. VI. refert. ^a

§. 14. Indutos ergo ferali amictu, & apio coronatos in aedium limine collocarunt, pedibus foras conversis, quod est *περὶθεῶσαι*, in portam rigidos calces extendere, ut canit PERSIVS Satyra III. Testis hujus expositionis est HOMERVS Iliad. XIX. v. 212. Præ foribus positum fuit vas aqua repletum, ut lustrari possent mortui propinquitate polluti, cujus rei auctorem habeo Euripidem in Alcesta v. 98. sqq. ^b

§. 15. Risum meretur *δανάην* sive obolus ille, quem defuncti inseruerunt ori, dandum

X 4

Cha-

^a Sindone involutus est Christus. MATTH. XXVII, 59. sindonem in fascias abiisse putat le MOYNE loco citato. Saltem idem sindoni color est, qui communis in Græcia fuit ferali vesti. Vide BRANNIVM de Vestitu Sacerd. Hebr. p. 147.

^b Hæc corona ex apio non *vitæ* corona est APOC. II, 10. promissa, sed *mortis*. Mortuos coronatos fuisse ut victores vitæ & calamitatum putat POTTERVS lib. IV. cap. III. Christus morti proximus coronatus est, non apio sed acantho. MATTH. XXVII. notante Jac. LYDIO in florum sparsione ad passionem pag. 296. Morbo lethali decumbentes apio indigere dicuntur, quod mortui apio ornantur. SVETON. Nerone cap. LVII. Appositæ etiam defunctis, dum parietibus claudebantur, candelæ & faces, quod observat KÜHNIVS ad Æliani Var. Hist. lib. I. cap. XVI. & CASAVBONVS ad Persii Sat. III. v. 103.

Charonti naulum, ^a ut transmittere Acheronta feliciter liceret. Addita obolo fuit placenta rabiem Cerberi placatura. ^a

§. 16. Corpus defuncti ungere, lavare, vestire uno vocabulo Græci vocant συσκομίζειν & συσέλλειν. ^b Compositum funus efferre est ἐκφέρειν & ἐκκομίζειν. Hoc munere defungi solebant οἱ νεκροφόροι seu νεκροθῆλαι, usi capulo, quod Græci appellant Φέρειρον, νεκροφορεῖον, vel ἐξάφορον, quod ditiorum est, qui a famulis sex cum pompa elati fuerunt. ^c

§. 17. Funera ignobilia postridie obitus efferri solita, magnatum vero octavo demum die. Atheniensium funera ante solis ortum, aliorum interdium efferre mos fuit. Aderant faces, unde senes dicuntur pervenisse ἐπὶ τὴν δᾶδα τῆ βίᾳ. Funus sequi amicorum fuit, in bello militum, quod ex ARRIANO constat lib. II. cap. XII.

§. 18. Funus elatum sepelire communia gentium jura jubent. Sepultura autem vel humationem vel cremationem cadaveris, poscit. ^d
Huma-

^a Rem omnem enarrat POTTERVS Archæol. loco citato.

^b Verbum συσέλλειν ita intellige ACTOR. V, 6. συσκομίζειν ACTOR. VIII, 2.

^c VOX ἐκκομίζειν hunc sensum poscit LVCÆ VII, 12. ἐκφέρειν ACTOR. V, 6. De capulo ZORNIVS Bibl. p. 580. KIRCHMANNVS de funeribus lib. II. cap. VIII. seq.

^d Utrumque sepulturæ genus respici ESA LXVI, 24. & MARCI IX, 44. putat Alexander MORVS ad Marci IX, 40. vermis enim ad humationem, ignis ad cremationem pertinere videtur. Alii ad reliquias victimarum

Humatio antiquior est crematione, quippe quam Hercules in Græciam secum attulisse dicitur adoptatam deinde communi ab omnibus consensu. ^a

§. 19. Atheniensibus placuit sepelienda cadavera ita collocare, ut eorum facies orientem respiceret. Megarensibus situs contrarius potior visus. Cum enim Athenienses & Megarenses de insulæ Salaminis dominio litigarent, effossis cadaveribus, quorum facies ad ortum conversæ fuerunt, paruit Athenienses justos esse & antiquos possessores, cujus argumenti auctor fuit Solon, teste LAERTIO in ejus vita.

§. 20. Una cum cadaveribus crematæ vestes, addita etiam arma, unguenta, aliaque, quæ vel grata defuncto fuerunt, vel gratum adstantibus affarent odorem. Testes sunt HOMERVS Iliad. XXIII. v. 164. seqq. & VIRGILIUS Æneid. lib. VI. v. 221. ^b

X 5

§. 21. Ad

in valle Hinnon crematas utrumque locum spectare arbitrantur, ubi, quicquid flamma reliquum fecerat, vermis consumsit.

^a Ignem purgandi vim habere putarunt veteres, ut adeo expeditius ad cælum iter esset animæ lustratæ. Videatur POTTERVS Archæol. lib. IV. cap. VI. Abstinerunt a crematione Ægyptii teste LPSIO Elect. lib. I. cap. VI. & Hebræi notante ZORNIO Bibl. pag. 20. seqq. & Christiani, quod monet FABRICIUS Bibliographia Antiquaria cap. XXIII. §. 5.

^b Armorum cum militibus sepulturam attigit EZECHIEL XXXII, 27. *descendent in fossam cum instrumentis belli sui.* DOUGTAEVS hæc prophetæ verba ex Antiquitate Græca illustrat Analectorum Parte I. p. 281.

§. 21. Ad pyram adstantes Amici Zephyros prece & lachrymis imploraverunt, ut cito igne absumeretur cadaver. Ita HOMERVS Iliad. XXIII. 192. Et iidem busti cineres affuso restinxerunt vino, ut ossa defuncti legere, oleoque perfusa in urnis ligneis, lapideis &c. recondita mandare humo liceret. Testis rursus est HOMERVS Iliad. XXIV. v. 791. VIRGILIUS Æneid. lib. VI. v. 226. seqq.

CAPVT XXXI.

DE AMORE ET HONORE DEFUNCTIS EXHIBITO.

§. 1.

Magno dedecori olim fuit sepultura carere, contra magni fuit sepulturæ honos. Cæcropis enim lex jubet πάντως γῆν ἐμβάλλειν ἀτάφῳ terram injicere insepulto, & hoc negare piaculum fuit, quod ex HORATIO constat lib. I. Oda XXVIII. & OVIDIO Heroidum Epistola X. v. 123. ^a

§. 2. Er-

^a Sacrilegis & patriæ proditoribus sepultura concessa non fuit. Hæc est *sepultura asini* JEREM. XXII, 19. quod proverbium explicat DOUGTAEVS in Anal. Parte I. p. 272. Confer PSAL. LXXIX, 2. Insepulorum animas post mortem per annos Centum vagari tradit VIRGILIUS Æneid. lib. III. v. 68.

§. 2. Ergo sepultura honori fuit. Eadem amorem sepelientium manifestat, imprimis ubi accesserunt tot tristitiæ indicia, quibus, quam ægre defuncto careamus, ostendimus. Græcis varia luctus signa fuerunt, ut lucem fugere, in tenebris delitescere, omnique sibi vitæ gaudio interdicere. Ideo ARTEMIDORVS Oneirocrit. lib. II. cap. IX. mortem præfagiri docet, si in ea domo, qua quis ægrotabat, lux extincta in somnis occurrat. ^a

§. 3. Signum etiam luctus est comam radere & demere sibi, quod ex CALLIMACHO in hymno in Dianam v. 162. constat. Abscissos capillos rogo injectos interdum fuisse, HOMERVS docet Iliad. XXIII. v. 135. ^b Laniare quoque capillos solenne fuit, teste OVIDIO Metam. lib. II. v. 350. & genas apud VIRGILIVM Æneid. lib. IV. v. 673. ^c

§. 4. Vestium ornamenta deposuisse, & lacerasse lugentes ostendit OVIDIVS Heroid. Epi-

^a Tenebræ tristitiæ emblemata ob oculos ponunt in sacris Scriptis, ut AMOS. V, 18. 20. MICH. VII, 8. & alibi.

^b Comam tondere in luctu & Hebræis familiare fuit, quod patet ex JEREM. VII, 29. & MICHAE I, 16. At caput radere lex divina non patitur DEVT. XIV, 1 quamvis id gentibus frequens fuit, quod probat DOVGTAEVVS in Analectis ad h. l.

^c BOCHARTVS in Hieroz. lib. II. Tomi I. cap. XLV. ritum comas laniandi ex Scriptoribus probat, & ESDRAE IX. v. 3. aliaque loca ejusdem rei indicium præ se ferentia adduxit.

Epistola VI. v. 27. ^a Ne tamen nudi incederent, quod honestatis non concesserunt leges, vestes vilissimas & ex crassiore panno confectas induere placuit. ^b

§. 5. Nec solum, ut animum abjectum ostenderent, confederunt in pulvere, ut apud HOMERVM Iliad. XXIV. v. 637. sed etiam caput cinere consperserunt, quasi mortem votis & precibus sibi expetentes, se in cinerem converti, se terra regi optantes, quem gestum lugentium idem HOMERVS exhibet, Iliad. XVIII. 23. ^c

§. 6. Gra-

^a Vestium laceratio Judæis notissima in luctu. Notum est JOELIS illud capite II, 13. *lacerate corda, non vestes.* Adde MATTH. XXVI, 65. vide WOLFFIVM in curis Criticis ad h. l. & ZORNII Bibliothecam p. 590.

^b Vestes crasso ex panno confutas Hebræi vocant שקים *saccos*, quos in luctu adhibitos fuisse ex PSALMO XXX. v. 12. MATTH. XI, 21. aliisque locis cognoscere licet. Locum posteriorem ex Græcorum institutis illustrat GROTIUS in notis ad h. l. Et atræ vestes in luctu sumptæ fuerunt, quod ostendit KIRCHMANNVS de funeribus lib. II. c. XVII. Simile quid in locis GEN. XXXVII, 34. 2. SAM. XV, 30. aliisque observari potest.

^c *Sedere lugentes solent. Ecclesia pressa sedet in tenebris* MICHAË VII, 8. Et Maria fratris obitum deplorans *sedebat domi.* JOH. XI, 20. Ad crucem stetisse sanctas mulieres, non sedisse observat RAMIRESIVS in Pentecontarcho capite XXI. quia supplicio affectos lugere nefas fuit. Ad *aquas* interdum confedissee luctui indulgentes notat Clariss. ZORNIVS Bibl. pag. 954. ut, ad *aquas*

§. 6. Graviorem tristitiam significaturi pectora pugnis cædere & plangere solebant, ut Didonis soror cædans unguibus ora & pectora pugnis apud VIRGILIVM Æneid. IV. v. 672. ^a Hæc in primo tristitiæ impetu patrare dolor iussit, quo paulatim recedente servata tamen aliquamdiu tristitiæ signa, cum velata & oblecta facie in publicum prodire lubuit. ^b

§. 7. Nec defuerunt voces tristitiæ indices ἐέ, unde ἐλεγοι ab ἐλέειν. Adfuerunt etiam mulieres pro mercede lugubre quiddam & horrendum sonantes, & viri, quos θρήνων ἐξάρχους, & προσωδῶς dixerunt, præeuntes reliquis cantu &

aquas Babelis flentes federunt Judæi civitatis sanctæ & templi ruinas lugentes, PSALMO CXXXVII, I. Sæpius tamen in cinere & pulvere. JESA XLVII, I. *descende & sede super pulverem virgo filia Babelis.* Pulvis enim humilitatis signum, ut GENES. XVIII, 27. *pulverem & cinerem* se appellat Abrahamus. Additum capiti cinerem in luctu Hebræorum tot ostendunt loca 2. SAM. XIII. v. 19. 1. REG. XX, 38. JEREM. VI, 26. MATTH. XI, 21. ubi ἐν σάκκῳ καὶ σποδῶ μετάνοιαν ἄγειν est animus, quem peccatorum pœnitet, ostendere *induto sacco*, & *injecto capiti cinere*, quod ostendit Alex. MORVS in notis ad hunc locum.

^a Hunc gestum indicat vox Hebræa קפץ JEREM. XVI, 6. & Græcorum κόπτειν LVCAE XXIII, 27. De planctu vide LYDII florum sparsionem ad Pass. p. 287. seqq.

^b POTTERVS lib. IV. cap. V. Eiusdem rei aperta indicia apparent JEREM. XIV, 3, 4. & ESTHERAE VI, 12.

& lamentis. Carmen ipsum παιάν vel τάλεμος vocatur, unde ταλεμάδη & ταλέμα ψυχρώτερα sunt vana & futilia, ut τάλεμος fictam habuit tristitiæ speciem, & inania verba. ^a

§. 8. Nec contenti sola voce gementium tibias quoque doloris & tristitiæ nuncias adesse in luctu voluerunt, teste STATIO Thebaidos lib. VI. v. 120. Rationem reddit Scholiastes ARISTOPHANIS, dicens τὸν αὐλὸν πένθιμον ὑπολήφθαι tibiam ad luctum aptam videri. ^b

§. 9. Triplex olim in funere auditus est naeniarum cantus, primus procedente funere, alter ad rogam, tertius denique ad tumulum, dum ossa ac cinerem terra tegebant. Mos etiam fuit ad tumulum subinde luctum repetere per dies aliquot & annos recurrente sepulturæ die. ^c

§. 10. Di-

^a Multa lectu digna de hac materia offert CUPERVS Observationum lib. I. cap. I. Conducere mercede proficuas & lugubrium carminum auctores nec ignotum fuit Judæis, quod patet ex JEREM. IX, 17. Memoratam MATTH. IX, 23. *τὴν ὄχλον θορυβούμενον* lamentantium gregem fuisse censet HAMMONDVS ad hunc locum.

^b Et MATTHÆI loco citato adsunt *αὐληταί* tibicines, ubi HAMMONDVS a Græcis ad Hebræos hunc usum funebrem tibiæ peruenisse putat, GROTIUS contrariam fovet sententiam.

^c Amici Mariæ, ne ad sepulchrum abiret, luctumque repeteret, timent JON. XI, 31. quem locum cum ritibus aliarum gentium docte comparavit CL. ELSNERVS in Observationibus.

§. 10. Dictæ ibidem orationes funebres defuncti laudes, merita & res gestas digno encomio ornantes. Publica magistratus auctoritate hic honos obtigit Viris pro patria fortiter in bello occumbentibus. Et in genere leges Atticæ suadent τὸν τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν, de mortuis nil nisi bene. ^a

§. 11. Nec deserere ante sepulchra fas fuit, quam myrto, apio, floribusque conspersa illa essent. Testis est VIRGILIUS lib. V. v. 79. ex quo & illud patet, quotannis hunc morem renovatum fuisse, ut

Annua constructo ferta darent tumulo. ^b
Flores illi dicuntur ἔρωτες. Imprimis autem
pla-

^a Romanis præcipue in usu fuisse orationes funebres, mille probant exempla. Vide PLINII Epistolam XII. lib. VIII. & SVETONIVM in Aug. cap. C. Ægyptiorum simile institutum laudat Marshamus apud FABRICIVM Bibl. Antiquaria. capite XXIII. §. 9. Et nostra tempora traditum ab antiquitate morem retinent.

^b Consule, si placet, CASAVBONVM ad Persii Sat. I. v. 39. 40. & PASCHALIVM libro IV. cap. VI. & VII. qui ostendit & urnas sepulchrales floribus & coronis fuisse decoratas, eosque, qui funus sequebantur, coronatos incessisse. Primi seculi ecclesia floribus ornare sepulchra noluit, quod fecerunt tamen Christiani ævi sequentis, quod probat VORIVS in Politia Ecclesiastica Tomo II. p. 271.

placuit in hunc usum liliū ἀνθος ἀνθων florū
præstantissimus. ^a

§. 12. Collocatæ quoque in sepulchris una
cum cinere & urnis fuerunt Lampades arden-
tes, quæ arte adeo mirabili paratæ leguntur,
ut perpetuum per aliquot secula lumen sparfe-
rint. Immortalitatem animæ designasse veteres
hac re multi existimant. ^b

§. 13. His peractis Amicos excepit convi-
vio defuncto cognatione & sanguine proximus,
quod περιδαιπνον & νεκροδαιπνον vocant, cujus re-
liquiæ manibus appositæ sunt in sepulchro, qui-
bus egeni vesci solebant. Hinc TIBVLLVS canit
lib. I. Eleg. VI. Escasque sepulchro

Quærat & a sævis ossa relicta lupis. ^c

§. 14. Ser-

^a Hos liliū titulos refert PASCHALIVS lib. III. cap. VIII.

Decus liliū extollit Christus MATTH. VI, 29.

^b Oculi formam habuit lampas sepulchralis, quod notat
SCHLICHTERVS in Decimis sacris p. 215. An hanc lam-
padum formam Christus tacite indicet MATTH. VI, 22.
cum oculum corporis *lampada* esse dicit, dubito. Ad
lampades testaceas respici 2. COR. IV, 7. facilius crede-
rem. Mirabile est, si modo vera feruntur, per XV.
secula fulsisse ejusmodi lampadas. Si olim cognita
fuit hæc scientia oleum ἀσβεστον parandi, vel carystio
lapide pro ellychnio utendi, hodie inter deperditas
numeranda est. Auctores bene multos in hac mate-
ria consulendos citat Clariss. FABRICIVS in Bibliogra-
phia Antiquaria cap. XXIII. §. 10. quibus adde CLERICI
Bibl. Univ. Tomo II. p. 88.

^c Conveniunt hac in parte instituta Hebræorum cum
Græcis, quod utrique convivia feralia instituerunt.

§. 14. Sermonibus convivalibus materiam dedit Elogium defuncti. Hinc natum est proverbium dictum in homines pessimos & sceleratissimos. *ἐκ ἐπαινεθείης εἰδ' ἐν περιδείπνῳ* ne in silicerniis quidem laudaberis. ^a

§. 15. Nono & trigesimo a Sepultura die sacra manibus ferre Græci consueverunt, quæ vocant *ώραία, νεμέσια, γενέσια*. Dies illi, quibus id factum, dicti *ἡμέραι μιαιῶν & ἀποθράδες* polluti & nefasti. Et Heroibus quidem publica auctoritate consecratis & in Deorum numerum relatis publica sacra, reliquis privata competunt. Illis *θύειν*, his *ἐναγίζειν* fas fuit.

Y

§. 16. Sa-

PROVERB. XXXI, 6. JEREM. XVI, 5. 7. 8. EZECH. XXIV, 17. HOSEA IX, 4. qua de re egerunt præ aliis BRAVNIVS in Selectis Sacris lib. III. cap. V. §. 13. & ZORNIVS Bibl. p. 539. Differunt autem, quod illi quidem lugentes convivio exceperunt, hi contra. Lugentes vero appello proxime sanguine junctos. Huc recte refertur locus JESA I. VIII, 7. *lugentes aut in domum tuam*, coll. JESA LXVI, II. Rem omnem exponit Doct. SCHLICHTERVS in Decimis S. Observ. XXIII.

^a De Græcorum colloquiis in epulo ferali vide KIRCHMANNVM de funeribus lib. IV. cap. VI. De Romanorum Silicernio, quod a *filendo* dicitur, quia silentio luctum & dolorem indicarunt convivæ, vide JANI GVILIELMI Verosimilia lib. III. cap. XII.

§. 16. Sacrificia manibus oblata fuerunt nigræ oves, & steriles ac nigræ iuvençæ. Adjecta etiam libamina ex sanguine, lacte & melle. Hinc manes μέλισσαι apes, & Dii inferi μελιχίαι θεοί appellantur. ^a

§. 17. Exequiis ut adessent manes & benevole rem sacram acciperent, eorum nomina cingere magna voce laborarunt, quod ex VIRGILIO constat Æneid. lib. III. v. 68. Ipse HOMERUS ritum hunc antiquissimum attingit ODYSSEI IX. v. 64. Accitæ umbræ aderant, quietique reddebantur, si forte minus ante tranquillæ fuerant. Præsentes exsequiis manes ἐπισκοπεῖν LYCIANVS tradit. ^b

^a Judæis non licuit mel adhibere in cultu divino LEVITICI II, II. notante SPENCERO de legibus Hebr. lib. II. cap. IX.

^b Plura dabit POTTERVS Archæol. lib. IV. cap. III. Nobis præcipua tantum delibantibus hic pedem figere licebit.

CAPVT XXXII.

DE TESTAMENTO ET CURA
ORBORUM.

§. 1.

QUæ mortem subsequi solent, nunc paucis attingemus. Defuncti bona hæredibus legitimis cedunt, vel κατὰ γένος ob sanguinis conjunctionem ab intestato, ut loqui solent JCi, vel κατὰ διάθεσιν per testamenti designationem hæreditatem adeuntibus.

§. 2. Prioris generis hæredes sunt filii, vel si filii defint, filiæ desponsandæ genere proximis, quæ παρέρχοι & ἐπίκληροι appellantur. Si nec filias reliquisset defunctus, successerunt in bona adoptantis liberi adoptivi. Sin & hi non adessent, proxime juncti cognationis vinculo habiti fuerunt hæredes legitimi, quos χηρωσάς vocant.

§. 3. Permiserunt leges Solonis, ἀτέννης, qui prole caruerunt legitima, bona sua legare κατὰ διάθεσιν per testamentum, quibus placuit. Non licuit tamen testamentum scribere adoptivis, vel servis, vel adolescentibus annum ætatis vigesimum nondum egressis, vel mente captis, vel in carcere ac vinculis hærentibus.

§. 4. Testamentum ergo, quod διαθήκη & δόσις vocatur, consignari debuit præsentente Aſty-nomo, urbis Rectore, vel Archontibus. In-
tium fere his verbis constabat : Ἐγὼ μὲν εἶμι, εἰάν
δέ τι συμβῆ, ταῦτα διατίθεμεν. Valere cupio, si
vero quid humani acciderit, ita fieri volumus
post mortem nostram. ^a

§. 5. Consignatas Testamenti tabulas in
manus Curatorum, qui ἐπιμεληταὶ dicti Athe-
nis, tradere oportuit, ne quis alius mala frau-
de se ingereret, quod ἐμβάθειον vocant Græ-
ci. ^b

§. 6. In-

^a Vox διαθήκη frequens est in scriptis divinis, quæ re-
spondet voci Hebrææ כְּבֻדָּה quæ fœdus quoque
notat. Nam fœdus divinum testamenti habet imagi-
nem, quod testatoris requiritur mors, & a testantis
gratia pendent omnia. Et testamentum speciem præ-
se fert fœderis, quod certæ conditiones implendæ hæ-
reditatem adituris. Vocabulum δόσις testamen-
tum notare potest JACOBI I, 17. ubi Deo patri
δόσις ἀγαθή tribuitur.

^b Strictior hæc est hujus verbi significatio. Latior illa
est, qua cujusque rei attentiosem perlustrationem
notat, cum animus se in rerum cognitionem ingerit.
Verba igitur Apostoli COLOSS. II, 18. Ἐμβαθύνειν ἀμὴν
ἐν ταῖς ἀνάμυσταις, ita interpretatur Cel. RAPHELIVS ea investigare,
quæ nec videmus nec videre licet, in notis Xenophonteis
ad hunc locum.

§. 6. Interdum viva voce hæredem futurum pronunciaſſe viventem & præſentem poſſeſſionis Dominum legimus, ut ſcripto non fuerit opus, nec tabulis. Hoc feciſſe Calliam tradit PLVTARCHVS in Alcibiade. ^a

§. 7. Archontum primo, qui κατ' ἐξοχήν Archon dictus eſt, hoc officii demandatum fuit, ut orborem curam haberet, & publica auctoritate ἐπιτρόπος curatores conſtitueret, de quibus lex Solonis obſervanda: Τὸν Ἐπίτροπον μὴ τῶν ὀρφάνων μελεῖ συνοικεῖν, μηδὲ ἐπιτροπεύειν, εἰς ὃν ἡ εὐσία ἐρχεῖται τῶν ὀρφάνων. ^b

^a Ut utroque modo hæredes beatæ æternitatis dicuntur & declarantur Chriſti membra. Chriſtus enim viva voce hæredes inſtituit Apoſtolos LVCAE XXII, 29. idemque per tabulas Veteris ac Novi Teſtamenti hæreditatem æternam, inſviolatam & immaculatam oppoſitam Canaanis poſſeſſioni temporaneæ, sæpe violatæ ab hoſtibus, & variis ſcleribus maculatæ. I. PETR. I, 4. amicis ſuis legavit.

^b Plura dabit POTTERRVS Archæologia libro IV. cap. XV. ex quo, quæ plurimum momenti habere videntur, excerpſimus.

DE

TEMPORIS DIVISIONE.

§. I.

ÆTas humana in varias partes ac tempora dividitur. Postquam igitur omnem hominum ætatem percurrimus a prima infantia ad ultimum vitæ exitum, id unum restare videtur, ut, qua ratione Græci metiri & dividere Tempora voluerint, breviter indagemus.

§. 2. In divisione temporis prima & notissima est dimensio dierum ad Solis motum diurnum composita. Initium diei Athenienses duxerunt a Solis occasu. ^a Et ut dies naturalis luce & tenebris constat, ita lucem in XII. partes æquales dividere placuit. ^b

§. 3. Pri-

^a Idem diei principium fuit Hebræis & Ægyptiis. Et sane creationis ea fuit lex, is ordo, ut diem præcelleret caligo. Contra Persæ & Babylonii ab ortu, Umbri & Hetrusci a media die exordium diei naturalis ducendum putant, qua de re multa tradit Alexander ab ALEXANDRO Gen. dierum lib. IV. cap. XX.

^b Et Hebræis hæc divisio placuit dici. *Nonne XII. sunt diei horæ?* inquit Servator JOH. XI, 9. Confirmat hanc rem RAMIRESIVS, & veterum solaria horologia diem in partes XII. æquales quemcunque dividenda depingit. Capite XXIII. Pentecontarchi.

§. 3. Primam diei horam πρώτῃ, ὄρθρον & ἔως dixerunt, medium diei μεσημβρίαν, tempus pomeridianum δειλιγὸν καιρὸν, denique ultimum diei tempus ἔσπερον & ὀψέ.

§. 4. Noctem in quatuor Φυλακὰς dispesci voluerunt Græci, ut Romani in totidem Vigiliis. Media nox HOMERO est ἀμολγός, aliis μεσονύκτιον. Deinde ἀλεηρσοφονία sequitur. Porro conticinium ὑπὸ τὸν ᾠδὸν ἀρνιθα, denique ὑπὸ τὸ λυκαυγές, cum paulatim illucescere incipit: ^a

§. 5. Dierum alii fuerunt festi, de quibus capite XXVI. egimus, alii profesti, alii nefasti. Illos ἐορτασίμους, istos ἐργασίμους, hos ἀποφράδας, Græci dicunt. Denique dies illi, quibus jus

Y 4

dicere

^a Tot nempe noctis fuerunt vigiliæ, quot vigillum vices. Ipsos etiam Hebræos hanc vigiliarum divisionem agnovisse constat. Magistris Judæorum **תרישן** tertiam noctis partem significat. Consuli merentur Curæ Criticæ Ven. WOLFFII ad MATTH. XIV, 25. ubi τετάρτη φυλακὴ *vigilia quarta* memoratur. Vigiliarum distinctionem in PSALMO CXXX, 6. ubi bis repetuntur **לנר** **תרישן** *vigiles mane expectantes*, Vir Pl. Rev. & Doctiss. Georg. Ludov. RHODIVS, amicus singularis, in Dissertatione Bremæ publicata An. 1724. docte exponit. Ἀλεκτροφανίας meminit MATTHÆVS XXVI, 34. & MARCVS XIII, 35.

dicere in foro licuit iudicibus, quod non licuisse diebus omnibus notavimus capite XIV, ἀγοραῖοι vocantur. ^a

§. 6. Plurium Dierum conjunctione constat Mensis, Græcis Μῆν. Duplex autem, non idem semper fuit dierum in mensibus numerus, qui scilicet alternis vicibus nunc XXX. nunc XXIX. diebus absolvebantur. Illi πλήρεις & δεκαφθινόι, hi κοῖλοι & έναφθινόι dicti. ^b

§. 7. Mensium numerus ut aliis populis, ita & Græcis duodenarius fuit, quorum hæc nomina, hic ordo est.

I. Ἑκατομβαιῶν ab Hecatombis Jovi immolatis denominatus fuit πλήρης dierum XXX, quorum primus incidit in novilunium, quod proxime excipit solstitium æstivum.

II. Μετα-

^a Hanc Dierum apud Græcos differentiam exponit SELDENUS libro III. de Jure Naturæ & Gentium, capite XVII. Dies ἀγοραῖος occurrit ACTOR. XIX, 38.

^b Μῆν, si Grammaticis credendum, ex μή & ἐν derivatur, quod non una sed varia est lunæ facies. Sed rectius vocem μῆν a מנח fluere & numerare deduces, quod numerantur ad lunam dies, & humorum causa & mater eadem habetur.

- II. Μελαγελήνιων a festo Apollinis (Μελαγείτνια), quod Milefii, cum sedibus suis relictis in Atticam transfuissent, instituerunt, nomen tulit. Dierum fuit XXIX. adeoque κοῖλος five έναφθινός.
- III. Βοηδρομιών, cui festum Βοηδρόμια, in memoriam victoriæ adversus Amazonas a Theseo reportatæ sacratum, nomen indidit.
- IV. Μαιμακτηριών, in quo μαιμακτήρια Jovi μαιμακτηή sacra celebrari solebant.
- V. Πυανεψιών, dictus a festo Πυανεψίων, ubi coctis leguminibus memoriam Thesei commune epulum patre sepulto populo dantis renovarunt.
- VI. Ανθεστηριών, cui nomen dedit festum Ανθεστηρία, quod exposuimus supra capite XXVI.
- VII. Ποσειδεών in Neptuni honorem ita dictus.
- VIII. Γαμηλιών Junoni nuptiarum præfidi facer.
- IX. Ελαφιβολιών dicatus honori Dianæ ελαφιβόλα.

X. *Μυνυχιῶν* eidem Dianæ Munychiæ consecratus.

XI. *Θαργηλιῶν*, a festo *Θαργηλίων*, ubi in ollis Gr. *θαργήλοις* primitiæ circumferri solitæ, nomen accepit.

XII. *Σκισσοφοριῶν* ita vocatur ab umbellis, quas Græci appellant *σκίση*, quarum ope nimium calorem avertere & solis reflectere radios consueverunt.

§. 8. Mensem quemque inchoat ἡ νεομηνία, primus dies, sive prima lunæ facies, cum mensi lunæ cursus respondit. Hoc principium mensium sacrum fuit precibus pro salute publica & privata fufis, teste ARISTOPHANE in *Vespis* v. 98. & epulis festivis, apud eundem in *Acharnan.* v. 991. ^a Septimam quoque cujusque mensis

^a Apud Hebræos quoque sacra fuisse mensium initia ignotum puto nemini. NUMER. X, 10. Confert hic ritus Hebræorum & Græcorum DOUGTAEVS Analect. Parte II. p. 132. cui jungi meretur SPENCERVS lib. III. Diff. IV. cap. III. Morosis debitoribus ingratas fuisse Neomenias, quippe usuris solvendis celebres, monet ALMELOVEENIVS Amœnitatum p. 236.

mensis lucem sacrosanctam fuisse & Apollini dicatam, constat. ^a

§. 9. Tres præcipue Græcorum mensium partes fuerunt, sive Decades, quarum primam vocant μηνὸς ἰσαμένῃς vel ἀρχομένῃς, alteram μηνὸς μεσῶντος, tertiam μηνὸς φθίνοντος. Cujusque Decadis dies hoc modo designantur.

Primæ Decadis :

1. dies νεομηνία,
2. δευτέρα ἰσαμένῃς,
3. τρίτη ἰσαμένῃς dicta & sic de cæteris.

Secundæ Decadis :

1. dies πρώτη μεσῶντος, vel πρώτη ἐπὶ δέκα,
2. δευτέρα μεσῶντος, vel δευτέρα ἐπὶ δέκα,
3. τρίτη μεσῶντος, vel τρίτη ἐπὶ δέκα &c.

Tertiæ Decadis :

1. dies πρώτη ἐπ' εἰκάδι, vel φθίνοντος δεκάτη
inverso numerandi ordine,
2. δευτέρα ἐπ' εἰκάδι, vel φθίνοντος ἐνάτη,
3. τρίτη ἐπ' εἰκάδι, vel φθίνοντος ὀγδοῆ &c.

§. 10. His

^a Vid. SPANHEMVS in Commentario ad Callimachi hymnum in Delum v. 251. & SELDENVS de Jure Naturæ & Gent. lib. III. cap. XV. Numerum septenarium adeo celebrem in sacris scriptis & apud Græcos quid sanctitatis habuisse miror. Sed hebdomadam divisionem, quam ad prima mundi incunabula quidam reducant, nihil inde præsidii sibi polliceri posse arbitror.

§. 10. His XII. mensibus in unam summam redactis habes Annum Atticum, qui lunaris fuit, redactus tamen ad Solaris anni perfectiorem circulum per intercalationem, cujus rei auctorem Thaletem Milesium fuisse narrat LAERTIVS in ejus vita. ^a

§. 11. Primum mensis primi diem, id est, anni initium congruere cum novilunio solstitium æstivum proxime sequente antea occupavimus dicere. Antiquissimi tamen Græciæ cives ab ortu Plejadum annum inchoarunt. ^b

§. 12. Series annorum ex numero annorum Archontis vel Regis nomen duxit primum, deinde numeratæ sunt Olympiades, & anni cujusque Olympiadis. Ita secundum
Varro-

^a Et Hebræi & plerique alii populi primæ antiquitatis ad lunæ cursum annos suos exegerunt, quod plenius ostenditur in Bibliotheca Antiquaria & Exegetica Petri ZORNII p. 985. Arcadas menses tres non plures in anni unius ambitu agnovisse tradunt. Annos Patriarcharum unius tantum mensis fuisse, quidam somniarunt, quos refellit HEIDEGGERVS in Historia Patriarcharum, quæ continet singularem Dissert. de longævitate Patriarcharum, & BVDDEVS in Historia Eccles. Vet. Test. Tomo I. p. 84.

^b Sequor fidem Ezechielis SPANHEMII ad Callimachi Jov. v. 89.

Varronem Roma condi cœpta Olympiadis sextæ anno tertio. Initium autem Olympiadum, quarum quæque quinquennium completur, fuit anno ante Christum natum octingentesimo. ^a

CAPVT XXXIV.

DE PECUNIA GRAECORUM.

§. I.

DE Mercatu Græcorum pauca diximus capite IV. Plura enim dicere instituti dissuadebat scopus. Negligere tamen non licet Græcorum pondera & mensuras. Illa pretium rerum indicant, hæ quantitatem. Utramque materiam breviter pertexemus pro more nostro.

§. 2. Pondera ea tantum nobis curæ sunt, quæ pretium numerorum indicant. Nam argenti aurique summam mercium pretio respondentem ponderasse veteres supra monuimus. Præcipua ergo pretia accipe.

§. 3. Δραχμή

^a Annus Metonicus fuit annorum communium XIX. Philolai Pythagorici annorum LIX. Calippi annorum LXXVI. Vide Liliū GYRALDVM de Annis & Mensibus p. 550.

§. 3. Δραχμή, quæ & ἀργυρίς dicitur, fuit numus argenteus imagine ardentis lucernæ, quæ Minervæ sacra fuit, signatus. Drachmæ pondus & pretium convenit fere cum denario Romano, & quarta sicli Hebræi parte, seu Imperialis, ut vocant, parte Octava.

§. 4. Sextam Drachmæ partem dixerunt ὀβολόν, tertiam δισόβολον, dimidiam τριώβολον, duodecimam ἡμιώβολιον ejusdem fere pretii numum, cujus nostri sunt Crucigeri.

§. 5. Drachmæ quatuor Gr. τετραδραχμον five Στατήρ siclo argenteo Hebræorum fere æquales pretio fuerunt, & dimidiæ parti Imperialis. Alias & παρθένος vel κόρη vocatur hic numus, in ejus parte adversa caput Minervæ, in averfa autem noctua apparuit. ^a

§. 6. Mina Attica Solonis tempore centum fuit drachmarum, id est XII. Imperialium fere cum dimidio.

§. 7. Ta-

^a Staterem cum Siclo argenteo congruere constat ex MATTH. XVII, 24. 27. ubi cum duobus didrachmis pro Christo & Petro solvendis confertur Stater, adeoque æqualis τετραδραχμον five siclo Argenteo, cujus dimidiam quotannis partem pendere quisque cogebatur.

§. 7. Talentum Atticum majus dabit drachmas 8000, five mille fere imperiales, minus continet drachmas 6000, five 750. ferme Imperiales, quod toties intelliges, quoties simpliciter de Talento sermo est.

CAPVT XXXV.

DE

MENSURIS GRAECORUM.

§. I.

Mensuræ liquidorum sunt, vel aridorum. ^a

§. 2. Athenis qui unum genus norit, utrumque norit. Idem enim mensuræ genus ad liquidorum & aridorum dimensionem simul applicatur.

§. 3. Cyathus Græcorum quatuor continet Cochlearia, Oxybaphum habet cyathum unum cum dimidio, Sextarius novem completitur Cyathos.

§. 4. Con-

^a Utrumque genus indicatur LUCÆ VI, 38. ubi Christus promittit mensuram superfluam & vi ac manuum pressione ingestam; illa liquidorum est, hæc aridorum. Ita certe bona spiritualia cibo & potui, liquidis & aridis toties conferuntur PSALMO XXIII, 2. 5.

§. 4. Congius Gr $\chi\tilde{\epsilon}$ s; continet Sextarios octo, Satum sextarios X.

§. 5. Medimnus habet Sata VI. adeoque congios IX, sextarios LXXII.


§. 6. Corus complectitur Sata XXX. congios XLV. & convenit cum Hebræorum Homer.

§. 7. Græcorum Amphora capit congios XII. sextarios vero XCVI. & congruit cum Hebræorum Cado & Hydria.

§. 8. Chænix sextarios admittit binos & respondet Cabo Hebræorum.

$\tau\tilde{\omega}$ θεῶ ἢ δόξα.





INDEX I.

Locorum Scripturæ Sacræ partim
allegatorum tantum, partim vero paulo
uberius explicatorum.

GENES.

<i>Cap.</i>	<i>Vers.</i>	<i>Pag.</i>
I.	-	163
	16.	159
	29.	II
II.	17.	10
III.	1. seq.	258
	15.	157
	17. 18. 23.	10
	19.	13. 167
	21.	28. 224
	23.	10
IV.	7.	249
	21.	40. 43. 44
	22.	170
V.	29.	II
VIII.	21.	236
IX.	2. 3.	II
	25.	221
X.	5.	103
XIV.	4.	112
	18.	117. 147
XV.	1.	87. 159

INDEX LOCORVM SCRIPTURAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	9.10.17.	126
XVII.	13.	57
XIIX.	5.6.	13
	22.	218
	27.	333
XIX.	30.	270
XX.	12.	64
XXI.	7.	8
	33.	200
XXIII.	20.	318
XXIV.	59.	8
	65.	24.69
XXVI.	30.	222
XXVII.	19.	240
XXIIX.	8.	70
	18.	202
	20.	13
XXXI.	34.	202
	54.	222
XXXII.	24.	307
XXXII.	26.	178
	33.	232
XXXIII.	19.	53
XXXIV.	12.	66
XXXV.	8.	8
XXXVII.	25.	240
	34.	332
XXXIIX.	8.	124
	15.	63
	18.	65
XL.	15.17.	14
		Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Verf.	Pag.
XLI.	42.	243
XLIII.	17.	303
XLVI.	4.	325
XLVII.	29.	318
XLIX.	--	323
	7.	221
	11.	17
	27.	183
L.	1.	323
	2.	326
EXOD.		
II.	3.	3
	5.	61
III.	--	144
	5.	34. 196
	8.	10
	15.	150
XII.	9.	293
	11.	36
	39.	13
XV.	--	98
	26.	34
XIX.	--	205, 280, 288
	5.	249
	10.	249
	15.	250
XX.	--	144
	4.	143
	22.	234
	26.	233
XXI.	2.	277
	a 2	Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
XXII.	12. 13. 14.	130
	--	123
	16.	66
XXIII.	19.	6. 246
	16.	273
XXIV.	--	253
	4.	122
XXVI.	5.	191
	35.	212
XXVII.	2.	234
XXIX.	6.	192
XXX.	18.	248
XXXII.	1.	202
	2.	26
	6.	70. 237. 240. 246
	17.	98
XXXIV.	3.	274
	LEVIT.	
II.	11.	338
VI.	13.	15. 230
	12. 13.	166
VII.	15.	236
XII.	2. 6. 8.	7
XV.	13.	251
XVI.	7.	180
XVII.	5.	199
XIX.	26.	234
XXVI.	1.	202
	NUM.	
III.	--	117
	10.	193
		Gap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
V.	18.	22
VI.	18.	21
X.	10.	346
XI.	5.	II
	16.	125
XVI.	--	117
XIX.	19.	15. 241
XIX.	9.	252
	11.	250
XXV.	--	198
XXIX.	2.	236
XXXI.	19.	249
XXXIII.	52.	46

DEUTERON.

VIII.	8.	13
X.	18.	150
XIV.	1.	331
XVI.	21.	200. 233
XVII.	10. seqq.	254. 262
	15.	114
XX.	14.	17
	20.	90
XXI.	3.	228
XXII.	5.	32. 73. 145
	20.	71
XXV.	4.	52
	7.	124
XXVI.	13. 14.	276
XXVII.	2. 8.	122
	6. 7.	236
XXXI.	--	41
	a 3	Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Verf.	Pag.
XXXII.	--	41
	2.	269
	40.	221
XXXIII.	--	323
	25.	35
JOSVAE.		
I.	6.	302
II.	9.	180
III.	7.	200
IV.	3. 9.	122. 123 233
V.	14.	218
	15.	34
VIII.	18.	88
X.	16.	270
XV.	19.	16
XVII.	16.	77
XIX.	8.	109
XXII.	10	233
JVDICVM.		
I.	19.	77
II.	13.	172
III.	7.	200
	16.	88
	22	89
IV.	3. 13.	77
	18.	29
V.	--	98
VI.	23.	205
VII.	13.	13
	16.	96
	20.	95
		Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

<i>Cap.</i>	<i>Verf.</i>	<i>Pag.</i>
	24.	26
IIIX.	13.	235
IX.	22.	205
XIII.	12.	29. 68. 212. 245
XIV.	3.	100
XVI.	21.	60
	23.	236
	20.	6. 246
XXI.	I. SAM.	
I.	15.	19
	23.	8
V.	2.	213
	3.	261
VI.	5.	210
IIIX.	7.	112
IX.	2.	115
XI.	-	222
XII.	12.	112
XIV.	15.	180
	27.	8
XV.	12.	100
XVI.	11.	241
	16.	40
	18.	44
XVII.	5.	82
	7.	89
XIIIX.	25.	66
XLX.	9.	44
XX.	5. 24.	240
	6.	277
XXI.	-	212
		<i>Cap.</i>

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
XXII.	9.	99
XXIII.	I.	270
	II.	259
	2. SAM.	
III.	20.	222
VI.	16.	246
VII.	8.	114
X.	4.	103
XII.	16.	218
XIII.	19.	333
XV.	21.	74
	30.	332
XVIII.	II.	102
	17.	319
XXIII.	--	323
	1. REG.	
II.	28.	198
VIII.	--	161
	9.	168
	63.	226
X.	19.	188
XIII.	22.	318
XVII.	21.	324
XVIII.	--	174
	27. 29.	215
	28.	227
XIX.	8.	270
XX.	28.	198
	38.	333
XXII.	10.	116
	2. REG.	

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Versf.	Pag.
	2. REG.	
II.	15.	40
IV.	34.	324
XI.	2.	8
XVII.	10.	200
	30	173
	32	233
XVIII.	26.	6
XXIII.	II.	159
	12.	233
	I. CHRON.	
XVI.	42.	39
	2. CHRON.	
XIII.	5.	15
XXVI.	17. 21.	117
XXXIV.	4.	166
	ESDR.	
IX.	3.	331
	NEHEM.	
II.	3.	318
VIII.	9. II.	274
	ESTH.	
I.	8.	21
VI.	12.	333
	JOB.	
III.	6	67
IV.	3. 4.	302
XIV.	17.	128
XIX.	25.	303
XXX.	12.	303
XXXI.	26. 27.	161. 219
	a 5	Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Verf.	Pag.
XXXV.	6.7.	207
PSALMI DAV.		
II.	4.	143
III.	8.	301
VI.	--	43
VII.	14.	89
IIIX.	-	169.275
	3.	260
	6.	116
XVI.	6.	51
XIX.	6.	69
XXII.	--	45
XXIII.	-	39. 115.
	2. f.	351
	4.	323
	6.	196
XXIV.	3.	198
XXV.	12. 13. 14.	286
XXVI.	6.	248
	7.	243
XXX.	12.	332
XXXIII.	2.	43
	7.	170
	9.	149
XXXIV.	8.	177
XXXVI.	9.	19
	10.	16.251
XL.	7.	26.223
	8.	38
XLII.	-	39
XLIII.	3.	176
		<i>Psalms.</i>

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAES.

<i>Pfalm.</i>	<i>Vers.</i>	<i>Pag.</i>
XLV.	--	40. 43. 115. 116. 275
	2.	269
	4.	89
	7.	116
	8.	243
	14.	69
XLVII.	3.	216
XLIX.	2.	112
L.	--	225
	5.	222. 269
	13.	236
	14. 15.	214. 219
	15.	209
	16.	249
LI.	6.	128
	9.	251
	19.	149
LVIII.	5. 6.	258
LX.	--	43
	6.	100
LXV.	2.	218
	14.	169
LXIX.	18.	77
	22.	25
	31.	35
LXXVII.	57.	51
LXXIX.	2.	350
LXXX.	--	39. 43
LXXXII.	16.	113
LXXXIV.	2.	196
	11.	26
		<i>Pfalm.</i>

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

<i>Psalm.</i>	<i>Verf.</i>	<i>Pag.</i>
	12.	86.87
XCI.	4.	87
	5.	160
	II.	177
C.	--	39
CII.	28.	38
CVI.	28.	198
CX.	--	116
	4.	117
CXIII--CXVIII.	--	275
CXV.	3.	149
CXVIII.	16.	32
CXXI.	4.	149
CXXVI.	5.	167. 169
CXXVII.	I.	209
CXXVIII.	3.	241
CXXX.	6.	343
CXXXIV.	I.	188
CXXXVI.	--	275
CXXXVII.	I.	333
CXLI.	2.	215
CXLVII.	20.	150
	PROV.	
VII.	I.	122
	14. 15.	173
II X.	--	154
	3. 5.	157
	22.	154
IX.	--	154
	I.	157
	5.	19
XIV.	4.	6
		Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAES.

<i>Cap.</i>	<i>Verf.</i>	<i>Pag.</i>
	34.	269
XV.	8.	249
XXI.	I.	52
XXIII.	26.	256
XXV.	II.	241
XXVI.	8.	176
XXX.	17.	138
XXXI.	6.	337
	13.	48
	29.	66
ECCLES.		
XII.	4.	61
	5.	143. 317
	II.	52
CANT.		
I.	4.	66
III.	II.	69
V.	7.	169
	II.	23
VI.	9.	163
VIII.	2.	19
JESA.		
I.	--	225
	15.	218. 248
II.	5.	171
	14.	57
	22.	31
III.	20.	26
V.	25.	32
VI.	--	116
VII.	15.	8
IIIX.	19.	259. 262
		<i>Cap.</i>

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

<i>Cap.</i>	<i>Vers.</i>	<i>Pag.</i>
XI.	2.	154
XII.	3.	274
XVI.	10.	292
XXI.	4.	86
XXII.	22.	157
XXIII.	--	103.173
XXXIV.	4.	38
XXXVI.	6.	87
	18.	209
XL.	20.	204
	30.	55
XLI.	7.	209
XLII.	9.	157
XLIII.	18.	252
XLIV.	5.	75
XLV.	15.	199
	23.	144. 220
XLVII.	1.	333
	2.	60
LIX.	7.	15. 337
LIX.	17.	82
LX.	9.	103
LXI.	10.	69
LXIII.	2.	17
LXVI.	1.	143. 197
	2.	149
	II.	337
	24.	328
JEREM.		
II.	14.	57
	22.	31
IV.	30.	27
		<i>Cap.</i>

INDEX LOGORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
VI.	26.	333
VII.	--	163
	18.	14. 158
	29.	331
IIIX.	19.	259. 262
IX.	17.	334
X.	4	209
XII.	3.	274
XIII.	27.	199
XIV.	3. 4.	333
XVI.	5. 7. 8.	337
	6.	333
	10.	292
XXII.	19.	330
XXV.	10.	61
XXXIV.	--	222
	18.	126
XL.	20.	204
XLI.	7.	209
XLIII.	18.	252
XLIV.	--	163
XLV.	15.	199
XLVII.	--	103
	THREN.	
III.	41.	218
V.	13.	60
	EZECH.	
IV.	12.	13
VIII.	17.	208
XVI.	4.	6
	5.	3
		Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Verf.	Pag.
XXI.	20. feq.	258
XXIV.	17.	35. 337.
XXVII.	--	103
XXX.	13.	180
	25. 26.	234
XXXII.	27.	329
XXXVI.	25.	251
XLIII.	7.	198
DANIEL.		
II.	21.	114
VI.	10.	218
VII.	9.	148
	10.	178
IIIX.	21.	24
IX.	21.	215
XI.	38.	150
HOSEA.		
IV.	12.	258
IX.	4.	337
XII.	12.	199
JOEL.		
II.	13.	332
AMOS.		
II.	7.	236
V.	15.	130
	18. 20.	331
	26.	208
VI.	4.	241
VII.	17.	51
OBAD.		
	18.	97
		Micha.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	MICH.	
I.	7.	173
	16.	331
VI.	6.	147
VII.	8.	331. 332
	19.	252
	NAH.	
II.	4.	79
	HABAC.	
II.	2.	122
III.	4.	180
	ZACH.	
VI.	13.	117
IX.	16.	100
	MALACH.	
I.	7.	236
II.	16.	71
III.	2.	31
	18.	59
IV.	2.	113. 160
	MATTH.	
I.	16.	64
	18.	70
II.	6.	115
	11.	113
	12.	257
III.	4.	13. 28
	10.	33
	11.	35. 56
IV.	4.	13
	8.	109
	b	Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	9.	179
V.	3.	225
	8.	205
	13.	15
	25.	125. 133
	27.	63
	28.	27
	31. 32.	71
	34.	143. 152. 220
	35.	112
	48.	144
VI.	7.	216
	11.	13
	19.	29
	20.	212
	22.	336
	29.	116. 336
	32.	322
	48.	228
VIII.	..	108
	22.	250
	27.	170
	28.	319
IX.	17.	18
	18.	217
	23.	334
	34.	178
X.	9.	33
XI.	..	154
	8.	29
	12.	54
	21.	332. 333
		Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	25.	284
	30.	123
XII.	30.	123
XIV.	9.	15
	20.	14
	25.	343
XVI.	18.	120. 157. 179. 316. 319
	19.	157
XVII.	--	207
	2.	261
	24. 27.	350
XVIII.	6.	61. 139
	34.	135
XIX.	17.	114
	24.	106
XX.	15.	114
	21.	242
	22.	244
	28.	98
XXI.	8.	29
	14	321
	15.	230
	16.	260
XXII.	3.	239
	11. 13.	68
XXIII.	27.	250
	29	320
	33.	126
	37.	138
	38.	205
XXIV.	15.	196
	28.	96
	b2	37. 38

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	37.38.	67
	41.	61
	51.	59 126.222
XXV.	1.	67
XXVI.	12.	326
	21.	240
	25.	246
	26.	15
	28.	17.222
	30.	245.275
	32.	322
	34.	343
	39.	244
	53.	178
	64.	156
	65.	332
XXVII.	--	205. 327
	24.	249
	25.	221.228.
	28.	31.79.
	37.	131
	45.	161
	51.	261
	59.	327
XXIIX.	--	207
	2.	319
	MAR C.	
I.	7.	35
V.	7.	147
	9.	178
	41.	49
VI.	32.	240
	Cap. IX.	

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

<i>Cap.</i>	<i>Vers.</i>	<i>Pag.</i>
	56.	321
IX.	42.	61
	44.	328
	49.	230. 328
	50.	15. 241
X.	12.	71
XI.	2.	129
	25.	218
XII.	19.	122
	38.	33
	43.	225
	35.	343
XIII.	51.	73
XIV.	19.	218
	20.	137
XV.	23.	19
	1.	326
XVI.	5.	33
	19.	324
	LVC.	
I.	19.	243
	32.	147
	46.	216
	59.	7
	69.	82
	78.	205
	80.	192
	1.	122
II.	7.	6
	22. 24.	7. 223. 225
	29.	324
	36.	72
		Cap. III.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAES.

Cap.	Vers.	Pag.
III.	14.	54
V.	5.	55
	8.	219
	39.	17
VI.	38.	351
VII.	2.	60
	8.	92
	12.	328
	33.	16
	38.	240. 243
	46.	243
VIII.	24.	93
X.	42.	243
XI.	27.	22
	44.	317
	52.	194
XII.	-	245
	24.	93
	29.	49
	58.	133
XIV.	-	245
	10.	243
	16.	237
XV.	21.	152
	22.	55
XVI.	13.	316
	21.	239
	22.	175. 242
XVIII.	II.	54
XIX.	24.	243
XXI.	5.	211
XXII.	4. 52.	91
		Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	29.	341
XXIII.	27.	333
XXIV.	21.	98
JOH.		
I.	3	155
	4.9.	157
	14.	94
	18.	242
II.	5.	243
III.	5.	325
	29.	66
IV.	7.18.	63.71
	24.	256
V.	19.	156
VI.	9.11.	12.13
	37.	149
VII.	37.	274
VIII.	5.	71
IX.	31.	217
XI.	9.	342
	11.	324
	20.	332
	31.	334
	40.	326
XII.	--	245
XIII.	I.	324
	10.	239
	18.	241
	23.	242
	25.	242
XIV.	--	245
	6.	176
	b 4	9.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Verſ.	Pag.
XVI.	9.	201
	7.	324
	11.	265
XVII.	38.	131
XVIII.	13. 24.	189
	39.	280
XX.	20.	30
XXI.	7.	32
	9.	12
	12.	237
ACT. APOST.		
I.	I.	39
	26.	122. 264
II.	--	255
	24.	326
	30.	181
III.	15.	132
IV.	12.	168
	31.	205
V.	6.	328
VII.	38.	263
	48.	147. 197
	60.	218
III.	2.	328
IX.	5.	52
	37.	325
	39.	48
XII.	2.	328
	7.	261
	19.	137
	21.	116
	22.	113
		Cap. XIII.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

<i>Cap.</i>	<i>Vers.</i>	<i>Pag.</i>
XIII.	48.	92
XIV.	5.	127
	10-13.	322
	12.	175
	13.	225.229
	17.	154
XV.	22.	122
XVI.	13.	199.248
	14.	31
	16.	262
	17.	188
	18. 19.	157
	24.	135
XVII.	16. 21. 22.	2.142
	19.	124.125
	21.	2
	23.	187
	24.	197
	25.	147. 204. 225
	32.	234
XIIX.	6.	228
XIX.	19.	259
	24.	208
	27.	144. 216
	28.	163
	35.	122
	38.	344
XXII.	25.	59
XXIV.	5.	93
XXV.	21.	114
XXVII.	17.	107
	19. 28.	108
	b 5	Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTURAE S.

Cap.	Verf.	Pag
	29.	107.
	34.	III
XXIIX.	4.	261
	6.	94
	II.	105, 110
	ROM.	
I.	14.	2
	20.	201
	22.	140
	23.	202
	25.	158
III.	2.	122.263
	4.	128
V.	7.	269
VI.	13.	80
	22.	57
	23.	75
VII.	1. 2.	64
	6.	303
IIIX.	34	156
XI.	33. 34.	207.284
XII.	1. 2.	194.223. 228.256
XIII.	I.	114
	12.	80.199
	13.	174. 182
	13. 14.	292
	14.	194. 289
XIV.	2.	II
XVI.	2.	127
	I. CORINTH.	
I.	22.	I
II.	7.	284
		Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	10.	284
III.	--	197
	II.	112
	15.	133. 252
	17.	248
IV.	13.	227
	15.	290
V.	2.	102
	5.	126
VI.	--	197
	9.	62
	11.	5. 62
VII.	1. 3.	70
	27.	71
IIIX.	4.	198
	5. 6.	216
IX.	7.	75
	9.	52
	13.	235
	24. 25.	298
	25.	305
	26. 27.	301. 308. 312
X.	7.	70
	18. 20. 21.	236
	21.	246
	25.	235
	27.	239
XI.	6.	22
	10.	24
	15.	22
	20.	238. seq.
		30.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Verf.	Pag.
	30.	324
XII.	8.	108
	11.	149
XIII.	1.	42. 253. 289
XIV.	34.	121
XV.	..	98
	23.	92
	26.	304
	32	320
	58.	303

2. CORINTH.

I.	22	65
III.	6.	122
	18.	24. 287
IV.	2.	292
	4.	265
	7.	96. 324
	9.	304
V.	1. 4.	94. 324
	14.	33
	20.	60
VI.	--	197
	14.	106
	15. 16.	213
	16.	144. 208. 293
VII.	11.	70
X.	4. 5.	90
	13. 14.	52
XI.	2.	65. 70
	3.	304
XII.	4.	284
	8.	304

GAL.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

GAL.

Cap.	Verf.	Pag.
II.	2.	308
	14.	302
III.	1.	299
	3.	287.297
	23.26.	37
	28.	56
IV.	1. 2.	37
	5.	4
	8.	158
V.	7.	299
VI.	16.	29
	17.	58

EPHES:

I.	14.	65
II.	2.	178
IV.	13.	27.49
	22.24.	37.289
V.	4.	289
	12.	292
	14.	324
	18.	20
	18.19.	182
	19.	292
	26.27.	70
VI.	7.	56
	11.	80.303
	12.	178
	13. seq.	76. 194
	14.15.	36. 83.84
	16.	87
	17.	81.82.88
		PHI.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

PHILIPP.

Cap.	Perf.	Pag.
I.	23.	247
II.	6.	156.244
	7.	240
	17.	234
III.	12.	14.297
	14.	297.298
	16.	296
	19.	20
IV.	3.	278
	6.	214

COLOSS.

I.	12.	288.290
	15.	48.201
	20.	157
II.	14.	100
	15.	98.157.178
	17.	47.
	18.	340
III.	II.	56
	15.	298
	16.	41.230
	19.	67

1. THESS.

I.	9.	146
III.	10.	299
IV.	4.	324
V.	8.	83
	19.	166
	23.	191

2. THESS.

III.	7.	102
		12.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

<i>Cap.</i>	<i>Verf.</i>	<i>Pag.</i>
	12.	50
	I. TIM.	
I.	4.	164
	13.	127
	15.	195
	16.	47
	18.	74
II.	3.	151
	8.	248
	12.	121
III.	2. 12.	72. 190
	13.	101. 127
	15.	3. 120. 146
	16.	205. 286
IV.	8.	286
	10.	151
V.	17.	76. 100
	23.	16
VI.	9.	139
	11.	297
	16.	148. 201
	2. TIM.	
I.	10.	205
	13.	47
II.	4.	95
	5.	309
	15.	243
III.	15.	37. 38.
IV.	6.	247
	7.	295. 296. 297.
	8.	205. 298. 309
	TIT.	
I.	12.	188
		<i>Cap. II.</i>

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
II.	II.	161
III.	13.	144
	5.	325
I. PETR.		
I.	4.	341
	9.	297
	13.	33
II.	2.	289
	5.	206
	12.	123
	21.	47
III.	7.	70
	19.	157
V.	4.	211. 298
	5.	32
	8.	125
2. PETR.		
I.	19.	157
	21.	262
II.	1.	57
1. JOH.		
I.	1. 2. 3.	132
	5.	171
	7.	253
II.	6.	38
	13.	308
III.	2.	287
IV.	7.	172
	8.	150
HEBR.		
I.	1.	41
	1. 2.	88
		Cap. II.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

<i>Cap.</i>	<i>Vers.</i>	<i>Pag.</i>
	3.	156
	14.	177
II.	3.	126
	14.	157.179
III.	3.	3
	6. 14.	297
IV.	--	231
	I.	299
	12.	88.231
	16.	271
V.	12.	37.243
	14.	308
VI.	1.2.	286
	II.	297
	19.	107
VII.	3.	154.278
	4.	99
	23.24	189
IX.	4.	168
X.	I.	47
	5.	26.55
	21.22.	248
	22.	251
	29.	34
XI.	35.	59
	37.	81
XII.	I.	296.297.311
	5	302.303
	II.	311
	12	303
	13.	297
	c	Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	14.	288
	15.	299
XIII.	4.	63
	12. 13.	137
	20. 21.	36
JACOB.		
L	12.	298
	17.	109. 340
III.	17.	155
IV.	3.	217
	8.	214
JVDÆ.		
	4.	131
APOC.		
I.	5.	117. 253
	8.	155
	16.	88
	18.	157. 179. 319.
II.	-	195
	7.	312
	7. 17.	100
	10.	92. 101. 298. 327
	13.	186
	17.	128. 130. 308
	24.	284
	27.	309
III.	-	195
	4.	30. 282
	4. 5.	30
	5.	192. 278
	11.	193. 309
		Cap.

INDEX LOCORVM SCRIPTURAE S.

Cap.	Vers.	Pag.
	12.	135. 311
	14.	150
	15.	123
	20.	238
	20. 21.	116. 213. 240
IV.	4.	30. 192
	10.	101. 211
V.	5.	128
	13.	215
VI.	11.	33
VII.	9.	312
IX.	3. 4.	179
	11.	160
	17.	79. 82
XII.	10.	304
XIII.	16.	58
XIV.	1.	58
	2.	190
	4.	74. 156. 190. 250
	13.	317
XIIX.	12.	241
	14.	173
XIX.	7. 8.	30
	13. 14.	79
	13. 15.	17. 79
	16.	113
XXI.	8.	102
	23.	288
XXII.	15.	248

* * *

INDEX PHRASIVM

INDEX II.

Phrasium vocumque Hebraicarum
& cognatarum explicatarum ac il-
lustratarum.

N.

	Pag.
יָכ אַשְׁתָּה	170
יָכּוּבָא	44
אַכְכַּל תּוֹפֵשׁ כְּנוֹר	43
אַבּוּס	6
אַבְן עֵנַר	100
אַבְק	303
אַר	316
אַרְזֵן	112. 285
אַרְזֵנִי	112
אַהֲבֵנָה	150
אַזְרוּתָא	6
אַיִלָּת	45
אַיִן אֹנָם	21
אַיִשׁ כְּלָבִי	186
אַיִתָּן	154
אַכְרֵן	121
אַלֵּהֵי הַרְיִם	198
אַלֵּהֵי מְרוֹם	147
אַלֵּה מְעוּזִים	150
אַלּוּפ	52
אַל חֵי	183
אַלִּילִים	204
אַל מַסְתֵּר	199
אַל עֲלִיּוֹן	147
אַמֶּצ	90. 302
אַמַּר יְהוָה	265
אַמַּת	176
אַנְהָ	174
	אַנְחָ

VOCVMQVE HEBRAICARVM.

	Pag.
אנח	174
אסותא	260
ארג	28
אש	165
אשמורה	343
אשתא	165
את אש	181
ב.	
בא	232
בחורים	54
בית יהוח	196
בית עולם	143
בכה	181
בכרים	223
במאה קשיטה	53
במה	232
במות	198
בו	3
בנה	3
בני ענק	304
בעלי אוב	262
בצל מות	323
ברית	31. & 340
בשם שמים	152
בשר ודם	178
ג.	
גט פטורין	71
גט שלוחין	71
גלל	38
ד.	
די	146. 168. 285
דלף	172. 269
דמיה תהלה	218
דם ענבים	17
דרבן	52
	ה. ה. 8.

INDEX PHRASIVM

24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500

הדר	ה.	116
הוא		38
הוא אש		181
היה		147
הלן		279
הסוככים בעיר		169
הס תופף		26
הרוכל		183
הרים ימין		32
הר תמי		164
הר פנה		124
ואתה הוא	ו.	38
ונגלו כספר השמים		38
זכחי מתים	ז.	197
זבח ומנחה		23
זבל		271
זקנים		129
ח.		
חכל		326
חוק		302
חרטום		164
חיים טובים		260
חללים		46
חמנים		166
חסר		269
חסיד		269
חסידים		269
חצ יעוף יומם		160
חרדת אלהים		180
חרס		174
חרר		174
חרש		167.174
ט.		
טורף תלמימים		285
טלוחא		49
		ו יך

VOCVMQVE HEBRAICARVM.

	Pag.
י	176
יֵד	143
יושב בשמים	57
יליד בית	255
ימין	196
ירא	116
כ	117
כבונ	186
כהן	80
כלבי	170
כלים	43
כנס	28. 185
כנור	28
כסה	64
כתונת	54
ל	163
לא בת אמי	89
לבחורים	293
לבנה	13
להב	38
לולב	38
לחם	38
מ	172
מגלה	41
מגלת ספר	251
מולדת	8
מזמורים	179
מיום חיים	230
מינקות	315
מלאך המות	183. 315
מלח	158
מלך עריצ	52
מלך קרתא	מנה
מלכת השמים	
מלמד	

INDEX PHRASIVM

	Pag.
מנה	344
מני	231
מסתר	283
מעוננים	254
מצפצפים	262
מקלו יגיד לו	258
מרגמה	176
משכיות	46
משכנות יהוה	196
משמח אלהים	235
מת	321
נ.	
נאם יהוה	265
נגינות	42
נוה	196
נחילות	42
נחש	258
נטה יר	32
נלכה באור יהוה	171
נסכים	234
נער	54
נערים	54
נפת	169
נקבים	46
ס.	
סבב	169
סכל	271
סכה	86
סכות בנות	173
ספר	333
ספרים	122
סתם	315
סתר	65. 179. 283
ע.	
עוגב	44
	עונה

VOCVMQVE HEBRAICARVM.

עוגה	13
על	161
עלם	49
עלמה	49
ענק	113. 304
ענן	254
עצבים	202
ערבון	65
ערבי נחל	138
עריצ	162
עתיד ימים	148
פ.	
פילגש	64
פלוט גוי	279
פלט	85
פלט	154
פלצ	179
פנה את אש	230
פרי	53
פרי פתא	285
פרנס	115
פתן	258
צ.	
צבאות	181
צדיק	269
צדק	269
ד.	
קכל	271
קדם	255
קדשות	173
קהל	119
קודש יי	190
קוצ אמפצ	288
קל הטחנה	61
קל מלחמה	98
קרב	

INDEX PHRASIVM VOCVMQVE HEBRAIC.

	Pag.
קרב	148
קרנים	180
י.	
רוח ביהוה	236
רפאים	260. 326
ש	
שבת	115
שבת מישר	116
שדי	164
שרים	164
שומרים לבקר	343
שושבנים	66
שושנים	43
שירים	41
שכר	19
שכן	94. 201
שלח	321
שלחי קרושים	65
שמאל	32
שמינות	43
שמלה	32
שמן ששון	243
שנאן	77
שנן	77
שעירים	180
שקים	332
ת.	
תימן	255
תמימים	191. 228
תרפים	202





INDEX III.

Vocum Phrasiumque Græcarum, & rerum notatu digniorum.

- A** *Blutio*, infantum recens natorum. 5. ablutionis ritus semper in usu. 5. impuritatis naturalis documentum. 5. originem baptismi inde derivat Witfius. 5. ejus comes unctio. 5. utraque spiritualis. 5. hac carere miseria. 5.
- Actio* judiciaria quomodo evitata. 131. variæ artes. *ib.*
- Aktor*, διώκων idem ac ἀντίδικος. 125.
- Ἀδώνια*, Festum Veneris. 276.
- Adoptio* & arrogatio differunt. 4. quid in spiritualibus designent. 4.
- Adulterium* causâ repudii 70.
- Adulterorum* pœna, 71.
- Aër* promovet sæcunditatem 159. *DEA* sub nomine Junonis. 158.
- Æsculapius*, artis medicæ peritus. 185. unde dictus ita 186. á quibus cultu divino ornatus. 186. varii tituli *ibid.* medicorum Deus. 321.
- Ἀγάπαι*. 236. seq.
- Ἄγειν εἰς ὄμιλον* 66.
- Ἄγεσθαι, ἀπάγεσθαι*. 137.
- Ager*, eum sponte dedisse fruges fabulantur. 10. Ejus sterilitas unde postea. *ib.* funibus eum metiuntur. 51. colendi ratio. 52. rivis irrigarunt. *ib.* Agri sacri. 200. Regibus præmii loco dati 51.
- Ἄγραυ-*

INDEX VOCVM GRAECARVM

- Ἀγροῦσι**, quid designet. 45.
Agricultura honesta. 51.
Ἀκροθίνια. 99.
Alcides, unde dictus. 183.
Amazones, unde dictæ. 90.
Ἀμφιδρόμια. 6.
Ἀναγραφῆ. 131.
Ἀναξείν quid. 4
Ἀναθήματα vid. donaria.
Animalia, quæ Græcis in deliciis. 12.
Anni, quomodo numerati. 348.
Ἀνθεσπρία. 276.
Antiquitatum nomine quid contineatur. 1.
Ἀπατέρια. 277.
Apollo. vid. Phœbus. Augur. 162. Musarum Præ-
 fes. ibidem. urbes condere docuit. ib.
Ἀπόλειπειν. Uxorum. 71.
Ἀποπέμπειν. Virorum. 70.
Ἄqua, potus. 16. lustralis. 251.
Ἄρα, circa eas chori ducti. 6. communis Græ-
 ciæ Athenæ. 141. Ἄρα Deorum. 232. ha-
 rum locus & materia. 233.
Ἀράχνη, unde dicta. 28.
Arborum fructus cibus hominum. 9. inde quæ deno-
 minatæ ibid. bellaria iidem fructus eorum-
 que nomina 9. arbores, quæ Diis sacræ 100.
Archontes, qui & quot. 117. eorum nomina &
 munia, ibidem.
Arcus, varia ejus forma. 89.
Arcopagus, in eo templa ὑβρείως & ἀναίδειας. 126. lo-
 cus judicii. 124. unde dictus. ib. judicum
 munus & numerus. 125. tempus & forma ju-
 dicii. ibidem.

ET RERVM NOTABILIORVM.

Arma militum. 76. vestibus digniora. 80. duplicis generis. ibidem. Christianorum. 80. seq. in mercedem data. 101.

Ἀρξάμενοι τὸν ἀγοράσαντα, qui 57.

Arrogatio. vid. *Adoptio*.

Ἀρξάβων. 65.

Artaxerxes, unde dictus. 162.

Ἀρεμεις, unde. 162. 164.

Ἀρτης, unde. 162.

Artes, quibus pueri sedederint. 49. seq.

Astra, eorum cognitio necessaria κυβερνήτη. 108. his tempestates tributæ. 109.

Ἀτιμία hujus gradus 134. Columnæ ejus ibid.

Aures perforatæ quid designent. 26.

B.

Bacchus, quis fuerit. 181. qui sub eo lateat ibidem. ejus res gestæ. ib. primus vineæ confitor. 182. quæ alia ei attribuantur, & quid significant. ibidem. ejus. mysteria. 290.

Βάγος. 91

Baltheus, gladio ferendo destinatus. 88.

Βάραθρον. 139.

Barba, virilis dignitatis signum. 24. cur milites caruerint. 25.

Barbari, qui dicti. 2.

Begi Turcarum. 91.

Bellaria priscorum, quæ 9. eorum nomina. ibid.

Βέλη πέπυρωμένα. 88.

Bello ætas apta. 70. ab eo, qui exemti. ibid. vid. militia. vita Christianorum. 95. vid. clamor.

Boves arantes. 52.

Βωμός, unde dictus. 233.

Βραυρώνεια, 278, Festum Dianæ.

Buty-

INDEX VOCVM GRAECARVM

Butyri usus, quando innotuerit. 15.

C.

Cadmili vel *Camilli* Romanorum. 188.

Calcei, vid. pedes.

Calculorum usus in iudiciis & sententiis ferendis. 128.

Canendi modi, a sonis distincti. 41.

Capitis tegumenta capilli. 21. *Herculi sacri* ibid. propriis non contenti qui. 22. tonsi. 22. eorum nigredo laudatur. 23. nudo capite qui inceserint. 23. velato qui. 24.

Captivi mancipia, nisi pretio redempti. 98. signa victoriæ. ibidem.

Carcer ei qui præsit. 135. vincula tria ibid. seq.

Carmen, quo *Draconis* cum *Apolline* certamen celebratur. 313. carmina, quibus infantes leniuntur. 8. nomina ibid. convivalia 245. triumphalia 98. in *Scriptura sacra*. ibid. nuptialia. 69. vid. hymnus.

Caro, qui ea abstinerint. 11. *Ejus* usus in solatio per *Noachum* ferendo quæritur, ibid.

Casei, usus. 15.

Castor, vid. *Pollux*. *Eques* bonus. 184.

Castra Græcorum, his qui præfuerint 91. in his alii præter milites 95. applicatur ad *Ecclesiam*. ibidem.

Ceres, modum arandi & ferendi docuit. 10. 167. *Ejus* nomina. 167. seq. imago. 168. in *ejus* honorem festa celebrata. 10. primitiis honorata 168. sacra qui rexit 192. *ejus* mysteria. 285. seq.

Certamina pictoria instituta 48. alia 281. seq. 313.

Cetra, unde dicta 85.

ET RERVM NOTABILIORVM.

- Χιτώνη*, Dianæ nomen 7. unde dicta 28.
Χόαι, festum 70.
Chordæ, earum materia 43. varius numerus in
 Instrumentis musicis. ibid.
Choreæ, convivales. 245.
Chori sacri, circa aras ducti. 6.
Christiani, servi Dei modo triplici. 57.
Χύλωσις. 5.
Cibi, simpliciores prischorum qui. 10. cibi capi-
 endi tempora. 237.
Cicada aureæ, quæ fuerint. 25.
Circumcisionis Judaicæ solennia. 7.
Cithara. vid. Musica.
Cives, eorum classes, & tribus. 119.
Claves imperium notant. 156.
Clamor bellicus. 97. Turcis hodie placet, 98. qui-
 bus olim placuerit. ibidem.
Clypeus, eum abjicere dedecus. 80. 102. nomina.
 84. materia, forma & usus. 85. unde dictus.
 86. ungere quid. ibid. sub eo dormire & re-
 cumbere decus. 86. seq. tintinnabula ei ad-
 hæserit. 87. Christianorum. ibid.
Cælum, idem ac Jupiter. 152. in Scriptura sacra pro
 Deo ibidem.
Colloquia convivalia. 245. feralia. 337.
Columnæ, ἀτιμίαις opponuntur statuis honoris. 135.
Coma, eam qui aluerint ac promiserint. 22. orna-
 tur. 23 muliebris. 22. ornare docuit Venus 173.
Combustio pœna rarior. 139.
Concharum usus, signum pugnae. 97.
Concio, á quibus convocata. 118. 120. locus &
 tempus. ib.

INDEX VOCVM GRAECARVM

- Conjugium* in pretio honestis. 63. ejus oforibus, quæ pænæ decretæ. ibid. quinam jungi potuerint eo. ibid.
- Corfus*, quis & unde dictus. 170.
- Convivæ* lavati. 239. coronati & uncti. 243.
- Convivia* federalia. 222. prima unde derivanda. 235. fuerunt vel publica vel privata. 237. privata triplicis generis. 238. á quibus & quomodo parata. ibid. qui invitati, qui sponte accesserint ad ea. 239. eorum ministri 243. longius protracta. 246. ex iis discessus. 247. Convivia festiva. 275. cognatorum. 277. feralia. 336.
- Corporis* vestitus, qui 28. ejus materia 28. usus 29. color vel albus vel tinctus. 29. 30. purpureus. 31. sexui cuique suus, non permutandus. 31. 32. pallium virile. 32. hoc carentes nudi putantur. 32. amiculum fervile. ibid. tunica. 33. *στολή*. ibid. *Zonæ* imprimis Virginum. ibid. vid. Vestes.
- Coronæ* genitales. 2. nuptiales. 69. regiæ. 116. in concione dicentium. 121. donaria templorum. 211.
- Corybantes*, unde dicti, & qui fuerint. 148.
- Crines* radere, quando consveverint. III. 331. tonderi in fœminis dedecori. 22. crines emti Romæ in usu. ibid. refecti moribundis. 323.
- Cultus* sacer, quibus constet partibus. 214.
- Currus* bellici ducum & equitum. 77. falcati seu *δρεπανήφοροι* dicuntur ferrei. ibid.
- D.
- Daduchus*, qui dictus, 192.

ET RERUM NOTABILIORUM.

- Δαίμονες. 177.
 ΔαΦνηφόρια. 279.
 Decretum quid sit. 122
 Δέραια quid fuerint infantis exposit. 4
 Δεσμοφορία 279. sacrificia in hoc festo. 280
 Δεσμὸς 135. quot ejus genera ib. vid. Carcer.
 Desponsatio in quo constitit ejusque ritus. 65.
 Ecclesie cum Christo, ib.
 Deus undē dictus 146. veri Dei nomina, 147. ve-
 rus Deus invisibilis, 201. Deus ignotus
 cultus. 187
 Dii multi crediti a vulgo, 142. 158. unus ab aliis
 142. divisi in tres Classes 143. quidam dicti
 Τέλειοι ἢ μεγάλοι. 144. aliud eorum discri-
 men ab officiis. ib. sexus discrimen, 145.
 Unius sæpe plura nomina, 145. 146. instar
 hominum culti. 200. Deorum apparitio
 insolita. 205. discessus minatur mala. ibid.
 Dii σύνναοι eodem templo & sede utentes. 212. sq.
 Dii montani. 198
 Diana est Luna 159. virginum Dea. 278.
 Διχολομῆν quid significet, 59. & alibi.
 Dierum divisio. 343. plurium conjunctione con-
 stat Mensis & annus. 344.
 Διώκων quis fuerit 125.
 Διονύσια duplicia. 291. Eorum ratio ac ritus
 291. seq. conveniunt cum festo tabernacu-
 lorum. 293
 Διόσκυροι, qui 184. a quibus culti 185
 Divæ. 221
 Divinationum genera, 253. variæ species. 254. seqq.
 per sortes 257. 264. per res varias alias. 258
 vid. Omina. d Δόγμα

INDEX VOCVM GRAECARVM

Δόγμα quid sit. 122

Donaria templorum quæ fuerint. 209. seqq.

Dos sponsæ 65. quibus demta & quibus adjecta 66
Sponfi. ib.

Δόσεις γενέθλιοι quæ 6.

Duces Navis qui fuerint 108. seqq.

Ducum Exercitus officia 92. duces fortiter pro
patria pugnantes Reipubl. sumtu aluntur.
100.

Δῆλος θάνατος qui fuerit. 73.

E.

Ebrietas ducitur vel probro vel laudi a quibus. 20

Ἐκκλησία duplicis generis 119. Christianorum
item. ib. hæc ponitur ob oculos sub Sche-
mate sponsæ. 70

Ἐκτιθέναι quid sit. 4

Ἐγκόμβωμα quid sit, 32.

Ἐισάγειν τὴν δίκην quid sit. 130

Ἐλληνικὸν opponitur βαρβαρικῶ. 2

Eleusinia 284. eorum celebritas 285. duplicia ibid.
de iis cum veneratione locuti. 286. Initi-
andi coronati. 287. lustrati ib. alia eorum
solennia. 288. seqq.

Ensis, vid. Gladius.

Ἐπιεῖοι τὴν φύσιν Græci. 2.

Ἐφέται qui iudices. 129. eorum numerus, ætas
& munus ibid.

Ἐπιφάνεια Deorum. 205

Ἐπισάτης qui dictus 93. Christus sæpius. ib.

Ἐπιθαλάμια. 69

Equites curribus vecti. 77 postea equis infede-
runt.

ET RERVM NOTABILIORVM.

- runt. 78 varia eorum nomina unde ibid.
 quomodo equos conscenderint 78. 79.
Equi virga recti. 78 ephippiis caruere, ib. dociles. 79 qui regere docuerit. 170
 Ἐξάρεσθαι. 102
Exercitus, qui ei præfuerint. 91. frons & Cornua
 hisque qui præfecti 93. ejus exercitia 93.
 vid. Castra.
Expositio infantum 3. ejus vestigia in SS. ib. ab ea
 abhorruere Thebani 4. ei opponitur
 ὑιοθεσία ib. expositus infans noscitur, quis
 sit, unde ib.
 Ἐυαγγέλιον nuncium de nato filio primogenito
 applicatur ad Christum. 3
 Ἐυχαριστήρια. 7.

F.

- Faces** nuptiales 67. ardentes bellicæ 96
Faciei fucus illitus a lascivis mulieribus cur. 27
Facilitas Græcorum. 2
Federa triplici ratione firmata 221. & qui alii eorum pangendorum ritus. 222. quid fedus
 falis. 15
Femur. ex cujus femore prodire quid sit. 181. Diis
 sacrum. 232
Festa quædam cur instituta. 223. Origo eorum
 273. quæ antiquissima. ib. numerus & finis 274. quæ fuerint præcipua, cum ritibus
 suis. 276. seqq.
Filiæ familiæ Viri adduntur. 2.
Filii Columina familiarum 1. & genus & nomen
 vindicant ab interitu. 2. Hebræis unde
 d 2 dicti.

INDEX VOCVM GRAECARVM

- dicti. 3. horum virtutes laudi, vitia dedecori parentibus. 22
Filiorum Dei privilegia. 56
Fistula differt a tibia. 45
Focus aræ vicem gessit. 6
Fœmineæ ætatis partes a Deabus denominatæ. 278
Fores, infante nato, decoratæ coronis quibus 2. sq.
Fortitudinis præmia. 100. seq.
Fortuita an & quid augurentur. 261
Fructus arborum pro cibo. 9. inde arbores dictæ. ib.
Frugēs terræ priscis seculis ignota. 9.

G.

- Galea*, materia ejus. 81. forma. 82. lorum. ibidem. ornamentum. ibid.
Γάμος, quid significet. 67.
Γαστήρ, quid designet. 20.
Gemini, qui 184. sidus tempestates dissipare creditur. 185.
Genii mediū inter Deos & homines. 177. eorum munus. ib. numerus. 178. munia divisa eorum. ibid.
Gladius, varia ejus genera. 88. Verbum DEi. 88. Baltheus. 88. latus sinistrum occupat plerumque, ibidem.
Γνωρίσματα, quid. 4. spiritualia. 5.
Græci prisci sapientiæ fama celebres 140. novitatis avidi. 2. 142. dicti Pelasgi. 279.
Γραμματεὺς. 122.

H.

- Hæredes* vel κατὰ γένος vel κατὰ διάθεσιν. 334.
Hæsta, quot ejus partes 87. usus, ibid. deponere eam,

ET RERUM NOTABILIORUM.

eam, pacis, projicere in hostis terram, belli signum. 88. ei divini honores exhibiti. 175.

Heliasæ. 130. numerus ib. unde dicti. ibid.

Hercules quis, unde dictus 182. nomina ib. dicitur lupus ib. vestitus 183. res gestæ ibid. fama voracitatis & gulositatis celebr. 184. plures hujus nominis. 184.

Heroes qui 180. maximus numerus 181.

Hirci forma regi Macedonum data, quid ostendat 24.

Hymnus, πολυώνυμος. Christianorum 216. ad sacrificia 230. festivi 275. Christianorum 230. in messe 169.

I.

Ignis Vesta 165. lustralis 252. cœlitus delapsus divini favoris testis 255.

Imagines Deorum. vid. simulacra.

Imprecationes 221.

Inaurium usus. 25.

Infantes recens nati abluuntur 5. unguuntur 5. fasciis involvuntur 6. vannis imponuntur 6. hoc obtigit Servatori 6. gestantur circa focum 6. ornantur muneribus 6. nomine, unde 7. pro eorum incolumitate sacrificia 7. convivia 7. aluntur à quibus & quibus cibis 7. 8. 9. leniuntur & terrentur 8. educantur, quomodo 36. a quibus 37.

Insomnia divina credita 256. ejus species. 257.

Instrumenta musica. vid. musica. bellica 97. nautica 108.

Ἰππάρχαι, qui 92.

Isthmus unde dictus. 315.

INDEX VOCUM GRAECARUM

- Indices* quales fuerint 124. tribunalia eorum præcipue tria ibid.
- Iudicia* 124. quibus ritibus causa in iis dicta 126. seqq. 132. in iudicio damnati traditi quib. 133.
- Iudiciariæ* virgæ depositæ 133.
- Iuno* χερσόθρονος 158. sub ea aer latet ibid. seq. ludi ei sacri 159. *DEA* partus. ibid.
- Iupiter*, primus Deorum 146. ejus imperium in reliquos 147. nomina ibid. ejus origo & alia. 148. mors ibid. attributa 149. munia 150. ei bona debentur 151. rectius vero *DEO* 151. tribuuntur quæ ipso indigna ib. ejus cum Titanibus pugna, & alia, quæ sub iis lateant. 152. quædam de eo relata physice exponenda 153.
- Iuramenta*, per quos facta 220. vel publica vel privata 221. qui ritus in iis ibid.

K.

- Καταποντισμός. 139.
- Κατασκευάσαι ὄικον, *Christus* dicitur. 3.
- Κάτοχοι Βάκχου qui 293.
- Κάτοχοι Θεῶν ibidem.
- Κήρυξ. 121. 195. munus 195. *Præco Evangelii* cum hoc confertur ibid.
- Κληδέχαι. 194.
- Κλίνομαι ἐπὶ δόρυ. 93. ἐπ' ἀσπίδα. 93.
- Κρατῆρ, unde dicatur 18.
- Κυβερνήτης, requisita 108. seq.

L.

- Lampades* sepulchrales 336.
- Λαμπροφορία. 171. 289.
- Lapidatio* quorum pœna 138.

ET RERUM NOTABILIORUM.

Lapides, Ἰβρωσ & ἀνοιδεία; 126. qui in iis constituti ibid.

Leges inscriptæ tabulis vel columnis, 122 à quibus scriptæ 123. legibus severis opponuntur Servatoris placita 123. legum vindices, qui 124. leges ubi servatæ 168.

Λείβειν. 234.

Leviratus jus 64.

Levitas Græcorum 2.

Libare 234.

Libellus repudii 70.

Liberi conjugii præmia, 1. eorum Educatio 36. seq.

Libri Græcorum, qui & quales 38.

Λίπρον 6.

Λιθοβολία 138.

Locustæ pro cibo 13.

Luci cui usui fuerint 200.

Lucius de defunctis, quomodo a priscis ostensus 331. seq.

Ludi, his præprimis Thebani dediti 294. Spartæ qui concessi 295. quinque eorum exercitia & quæ eorundem ratio ibid. seq. cur instituti 305. pueriles qui 305. seq. solennes qui, 306. his non licet scæminis interesse 307. interdum absentes certarunt, & victrices evaserunt per aurigas ibid. Ludorum præcipue solennium certamina, ordo horum, & præmia, & quæ alia 306. seq.

Lugentium gestus 332.

Luna datur comes soli 162. varia ejus nomina ib. præsertim dicitur Diana & Regina salutatur 163. casta ib. nuptiis partuique præfecta. ib.

INDEX VOCUM GRÆCARUM

venatu delectatur ibid. præfuit viis & foribus 164. ejus origo ibid. alii ejus tituli ob præstita beneficia ibid.

Lustratio frequens, in sacris 247. in precibus & sacrificiis 248. federalis 249. necessaria initiandis ibid. impuris ex cæde ibid. ex contactu mortuorum & puerperarum 250. ex Veneris usu ibid. vel publica vel privata 253. quibus facta 251. seq. 287. 7.

Λύειν ζώνην. vid. ζώνη.

Λύτρον quid delignet 98.

M.

Μάχαιρα qua victima percussa 231.

Machina bellicæ 85. 90

Magistratus qui fuerit. 112. seqq.

Manubiæ, vid. præda.

Mappæ Geographicæ quando innotuerint. 109. an Christo a Satana exhibitæ. ib.

Mars belli Deus 173. quis fuerit. 157. nominibus variis insignitur 174. musici concentus ei grati, ib. a quibus maxime cultus, ib. ejus imago acinaces. 175

Medicinæ antiquitas, 185. 321. servis olim deman- data 322. medicæ artis inventor qui. 161

Mel. ejus usus. 8. Messiaæ cibus. 8. quibus amatus. 8. 148

Melech quæ sit. 163.

Melicerta quis & unde dictus. 315.

Μην unde dictus. 344

Mensæ Deorum. 236. ad mensas sedere vel accumbere soliti. 240. unde dictæ. 241. sacra

ET RERUM NOTABILIORUM.

cræ habitæ. ib. communi assidere mensæ
signum amicitiae. ibid. Ordo ad mensam
discumbendi. 242

Mensis unde dictus 344. quot diebus constiterit.
ib. quot anni & qui fuerint. 344. seqq.

Mensuræ Græcorum quæ 351. seq.

Mercaturæ antiquitas. 53. tria ejus genera. ib. Ei
qui præfuerint. ib.

Mercurius Deorum nuncius 175. quis sub eo lateat,
176. accensetur Diis vialibus & tutelari-
bus. 175. seq. statuæ ejus, dictæ Mercuria-
les ubi collocatæ. 176. Lucri & furti Deus
cur habitus ib. Moses esse creditur. 177

Meretricum larga seges apud quos 62. triplicis eæ
fuere generis, ibid. loca quæ iis repleta.
62. 63

Μετὰ δὲ ἀλλοδατοῦ ἐπὶ ἔργον --- ἀπὸ ἔργων quid 94

Μετῶριζέσθαι. quid 49

Μεθύειν quid significet. 235

Milites notati stigmatibus cur 58. 74. inter eorum
munia discrimen. 74. eorum sacramen-
tum. ib. stipendium. 75. fuerunt vel Equi-
tes. vel Pedites. 76. Pedites triplicis gene-
ris. ib. eorum arma quæ ib. vestes rubræ
79. ad nutum Ducis parati. 93. Exercitia
eorum. ib. perfidis & timidis, quæ pœna
decreta. 102. Classarii. 110. horum ar-
ma. ib. quibus paruerint. 111.

Minerva est Pallas. 155. communia ei omnia cum
Jove 156. Inventrix artium, Urbium arci-
uinque præfes. ib. quæ ei bona debean-

INDEX VOCUM GRÆCARUM

- tur indeque enata nomina. 57. hæc rectius Christo dantur. ib.
- Mola* ad has servi aliique ablegati. 60. eorum oculi obtekti quare ib. solamina. 61. molares lapides. ib.
- Molochus* Sol. 161.
- Μολύβειν* quid. 30
- Monarchiæ* antiquitas. 112
- Montes* Diis sacri. 198. unde Dii montani. ib.
- Moribundorum* capilli refecti. 323. verba attente excepta. ibid.
- Mortis* nomina. 317. 324
- Mortuorum* cadavera impura 250. quomodo tractata. 325. sqq. mortuis qui honor & amor exhibitus. 331
- Mulierum* decora & opera. 48. sedes. 49. ab his occidi turpe. 73. a Concione exclusæ interdum admissæ. 121. quibus Deabus sacræ. 279. absentes in Ludis certarunt. 307.
- Munera* genitalia. 6. nuptialia unde græcis dicta 68.
- Musica*. 38. seq. Davidis. 39. ejus effectus & inventor. 40. est Symbolum Harmoniæ. ib. ejus soni quot & quibus sacri. 40. 44. ab his modi canendi distincti. 41. constat vel voce vel instrumentis. 41. Instrumentorum musicorum inventor. 40. 44. ea quæ fuerint & qualia. 42. seq. Musica in conviviis amata. 245. Marti grata. 174
- Mutabiles* Græci. 2
- Μυθήριον* unde dictum. 283. varia Græcorum eorumque ritus. 284. seqq. mysteria gentium profunda Satanæ. 283. quæ sanctissima habita

ET RERUM NOTABILIORUM.

bita. 284. ex veri Dei mysteriis elucet sapi-
entia summa. ib.

N.

Nænia. 334.

Navigiorum usum quis invenerit. 103. qui abhorru-
rint. 104. genera. ibid. partes. 105. signa &
insignia. ib. instrumenta nautica. 106. seq.
dicuntur ὄπλα. 108.

Νεανίσκοι. 73.

Νέοι milites. 73.

Νεώκοροι. qui. 194

Neogami ducuntur in thalamum. 69. vid. *thalamus*.

Neptunus. 169. ejus nomina. ibid. tridens. ib. ar-
tem regendi equos invenit. 170

Νικᾶν quid significet. 128.

Nimbus Deorum. 203.

Nominis impositio unde. 7

Numi Hebræorum. 349. seqq.

Numina. vid. *Dii.* quædam sapientiæ divinæ opera.
158. seqq.

Nuptiæ. 67. tres præprimis dies notandi. 68. nu-
ptiale convivium. 68. his interfuerint qui &
quibus induti vestibus. ib. munera. ib. Coro-
næ. 69. *faces.* vid. secundas refugerint qui. 72.

Nutrices. 8. quibus artibus usæ. 8. quomodo di-
etæ. 8.

O.

Obsonium gr. ὀψώνιον quid. 75

Ocreæ Græcorum. 84.

Oculorum jactatio lasciva. 27. eos signare favilla. 27.

Olym-

INDEX VOCUM GRÆCARUM.

- Olympiades* quæ. 348
Olympica certamina ingressi in tres classes divisi.
 308. Ordo & quæ alia. 308. seqq.
Olympii ludi celeberrimi. 306.
Omina varia. 259. seqq.
 Ωμοφάγια. 293.
 Ουφαλόβομοι. 5.
Oνειροκριτική unde. 256.
Oracula. 262. unde. 263. obtigerint quibus. 264.
 eorum interpretes. ibid. Autoritas eorum.
 265. parum fidei iis habendum. 266. non
 licuit semper consulere. ib. consulturi co-
 ronati. 267. præcipua quæ. 267. seq. quo-
 modo consulenda fuerint & responderint.
 ibid. Christo nato cesserunt. 272.
Orborum cura quibus demandata, 341.
 Οτρακισμός differt ἀπὸ φυγῆς. 136. causa honesta.
 137.

P.

- Παιδαγωγοί qui & quales fuerint. 37. eorum præ-
 mia. ib.
 Παιδες qui dicti. 37. servi quoque ita dicti. 54
Palæstra eam pueri edocti. 38
Pallas proxima Jovi. 154. origo ejus ib. unde di-
 cta. ib. origo omnium creditur. 155. quæ
 rectius λόγῳ Christo tribuitur. ibid. eadem
 cum Minerva. ib. munia ejus. ib. ritus in
 ejus cultu observari. ib.
Pan unde dictus. 179. panici terrores. 180
 Παναθηναία. 281. certamina in hoc festo instituta
 quæ, ib.

ET RERUM NOTABILIORUM.

Panis unde dictus. 13. cibus omnibus conveniens.
13. 15. ejus nomina, forma & materia. 13.
ubi asservatus. 14.

Παραγραφή. quæ 131

Παρκίτιος qui 238

Παραδάται. 93

Pastores Reges 115. *Christus Pastor.* 115. ejus pedum. ib.

Patroni in actione. 127. eorum merces. ib.

Pecuaria s. pastoritia olim honesta. 51

Pecunia Græcorum. 349. pecunia certa ab Actore
& reo in judicio deponenda cur. 131

Fedes, eorum tegumenta calcei. 34. his qui absti-
nuerint. ib. qui usi iis & quare. 35. eorum
forma & usus. ib.

Pedites. vid. *Milites.*

Πέλη Græcorum unde dicta. 85

Περικάδαρμα. 227

Φάρμακον qui dictus ita. 227

Pharnabazus unde id nominis. 115

Φάτην quid designet. 6

Φεύγων qui 125.

Philosophiæ studium aliis amatum, aliis exosum &
quare. 49. seq.

Phæbus Sol. 159. nomina ejus varia, exteris quo-
que inter gentes. 160. seq. adveniens cho-
reis exceptus. 161. Artis medicæ inventor.
ibid.

Φυγή gravissima pœna. 136

Φύλαρχοι qui 92.

Pictoria, ea qui delectati. 46. ejus antiquitas. ibid.
prin-

INDEX VOCVM GRAECARVM

- principia qualia. 47. incrementa quibus
debeat. ib. certamina pictoria. 48
- Pictorum* penicillus. 47.
- Picturae* an idololatriæ debeant originem. 46. ru-
des quomodo dictæ. 47
- Pilei* usus, materia & forma. 23
- Piscium* usus frequens. 12. iis qui abstinerint &
quare. ib.
- Pistrina*. vid. *mola*.
- Placentæ* panibus accensentur. 14. varia earum ge-
nera. ibid.
- Plutoni* mala debentur ut Jovi bona. 151. Saturni
filius. 152. Dæmonum princeps. 178. ὁ ἀρ-
χων τῶν Δαιμονίων in SS. ib. unde ipsi no-
men. 179
- Pocula*, eorum materia & forma. 19. absentibus
quoque missa. 20. imaginibus decorata. 19.
tria in honorem Deorum hausta. 244. po-
culum ἀγαθῆ Δαίμων. 246
- Pæne* quæ & quot. 134
- Ποιμαίνειν quid denotet. 115
- Pollux* quibus prognatus. 184. frater Castoris. ib.
bonus pugil. ib. alternis vicibus immor-
talitate fruitur. 185. a quibus cultus. ib.
- Polygamia* vetita interdum concessa. 64.
- Πολυλογία reprehensa a Christo, a Græcis amata
216.
- Πολυώνυμο hymnus Christianorum. 216
- Potus* simplicior. 16.
- Præco*. vid. κύρυξ.
- Præda* signum victoriæ 98. huc referendæ vestes
ac arma hostibus detractæ. ibid. primitiæ
ejus

ET RERUM NOTABILIORUM

ejus Deo sacratæ. 99. reliquæ ejus partes
Ducibus ac militibus distributæ. ib.

Πράκτωρ quis sit. 133.

Preces triplicis generis. 214. vel publicæ l. priva-
tæ. 215. quoties fusæ. ib. Objectum earum
ib. in iis blandimentis usi cur. 216. precum
materia. ibid. preces pudendæ. 217. certæ
earum formulæ. ibid. in sacrificiis. 230.
fundentium voces ac gestus. 218.

Primitiæ, prædæ. 99. quibus oblatae festis. 223

Proëdri qui fuerint. 120. eorum officium. 120. seq.
dicti per ludibrium *μεισημερινοί*. 120

Programmata quid significant. 120.

Προγεῖν quid. 131

Promethei furtum quid significet. 153. pœna ejus.
ibid.

Προσευχῶν Judæorum ad fluvios. 199

Προσάτης qui. 127.

Πρωλοσάτης qui. 93. Paulus *πρωλοσάτης τῆς τῶν
Ναζωραίων αἰρέσεως*. ib.

Prytanes. vid. *Proëdri*.

Ψηφίζεν. Ψήφισμα quid sit. 122.

Pueri uti educati. 37. quæ edocti. 38. labor eorum
primus. ib. ex *Ephebis* egressi quibus se
dederint artibus. 49. seq.

Puerperæ purgandæ & lustrandæ quando 7. ita
& Judaicæ. ib.

Pulvis humilitatis signum. 333.

Pythagoræi melle delectati. 8.

Pyxis nautica. 109.

Q.

Quinquentium quid significet. 295.

R. RA-

INDEX VOCUM GRÆCARUM

R.

- Rationis* debilitas & Revelationis necessitas unde constet. 140.
- Reges* priscorum qui fuerint. 112. seq. eorum nomina. ib. honor ipsis exhibitus. ib. potestas a quo sit. 114.
- Regia* dignitas vel hæreditaria. 114. vel per electionem concessa quibus. ib. Regiæ dignitatis insigne. 115. habitus ac vestitus regius. 116. Reges *παιμῆνες λαῶν*. 115. eorum munia. 117. potestas regia apud Athenienses quando & quare desierit. ibid. Regiam dignitatem & Sacerdotalem in gente sacra conjungere non licuit. ib. Rex & Sacerdos simul solus Messias. ib.
- Religio*, unde dicta. 141. ejus origo. ibid. quæ ad eam pertineant. ib. ejus Athenæ observatissimæ quare. 141. seq.
- Reus* qui dicatur. 125. vid. judicium. antequam causam diceret ipse & Actor, uterque juravit, & quæ alia observata. 126. sqq. damnatur vel absolvitur qua ratione. 128. 133.
- Ritus* gentis qui novit, indolem ejus novit 1. attemperantur genio. ib.

S.

- Sacerdotes*, qui fuerint dicti. 117. iis multum venerationis obtrigit. 188. dicuntur servi Dei. ib. alii eorum tituli. ib. qui fuerint. 189. eorum discrimen. ibid. non solum Viri sed & fœminæ. 190. sint *casti*. ibid. vestitus qui & quid designet. 192. Varii ordines & nomina. 192. qui præfuerit, 192. seq. singulis Diis pro-

ET RERUM NOTABILIORUM.

- proprii. 189. horum insignia. 193. Habitacula 194. ministri. ib. famuli. 195.
- Sacerdotio* indigni qui. 191. spirituale sacerdotium quid requirat, ibid. familiis certis sacerdotium proprium. 189. 193.
- Sacramentum* militare. 74.
- Sacrificia* nuptialia. 67. Diis marinis mactata. III. Palladis. 155. federalia. 222. sacrificia animalium qui primus obtulerit. 224. numerus. ib. quæ animalia oblata. 225. 228. sacrificia humana. 226. seq. alia. 229. ea coronis ornata. ib. alii sacrificandi ritus. 230. seq. sacrificiis aræ impositis vinum affusum. 234. & preces accedere & hymni. 230. ex sacrificiorum carnibus pars cessit Sacerdotibus, pars offerentibus. 235. uti dicta. 236. sacrificium duplex Cereri oblatum quando 280.
- Sagittæ* venenatæ. 89. vid. telum. earum Inventor. 90.
- Salis* usus maximus 25. amicitiae & pacis symbolum 15. 241. inde salis fedus. 15.
- Sapientia* Græcis adamata I. Ea discernuntur a reliquis gentibus. I. fama ejus celebres prisci. 140.
- Σάλανας* idem ac Actor. 126. cum Plutone idem 179.
- Saturni* tres filii Noachidas ob oculos ponunt. 152
- Saturnalia* Romanorum. 277.
- Saturnia* regna. 277
- Satyri* unde dicti 180. hircorum speciem referunt. ib.

INDEX VOCUM GRÆCARUM

- Σκηνή, σκῆνος** unde deriventur. 94
Sceptrum unde dictum. 115. ejus origo. ib. materia
 116. justitiæ symbolum. ib.
Scorta, vid. *Meretrix*.
Scutum unde dictum. 86.
Scythæ unde denominati. 90
Σημειον bellicum, quid 96. differt a *συμβόλω*. ib.
Semi-Dei, vid. *Heroës*.
Senatus, ejus præses & membra. 118. a senio di-
 ctus. 129.
Senatus-Consultum. 122.
Sententiæ in judiciis qua ratione latæ. 128. seqq.
Sepulchra eorum nomina. 316. locus. 317. seq. fo-
 res. 319. magnificentia. ibid. iis templa im-
 posita. 318. cippi additi. 319. in sepulchris
 quæ simul reposita. 336.
Sepultura, ritus. 328. seq. honos. 330. seq. ea carere
 dedecus, & sepultura a fini dicitur. 330. post
 eam quæ obtigerint. 333.
Servi, eorum nomina. 54. conditio. 55. amictus. ib.
 & 32. a sacris abesse jussi. 55. quibus insignibus
 destituti. ib. munia. 35. 56. discrimen, sunt
 vel emti vel nati vel conducti. 57. notati
 stigmatibus. 58. pœnæ immorigerorum 58.
 seq. in hos Thebanorum clementia. 59. ma-
 numissi quando 277.
Sibyllæ nomen mulieribus fatidicis commune
 unde derivetur. 271.
Simulacra Deorum qualia 202. seq. qui primus iis
 templa ornarit. ibid. nimbus eorum. 203.
 materia. 204. quomodo dicta. ibid. non
 nisi lignea sint ex sententia Platonis. ibid.
 singu-

ET RERVM NOTABILIORVM

singularia quædam. 206. maxima veneratione digna, rarius visâ, habita sunt ib. circumducta per urbem. 208. ad ea confugere soliti. ibid. catenis vinctâ, quare. 209.

Ζήτησις ἐν πρυτανείῳ quid sit & quibus obtigerit, 51. 100.

Sol, sub nomine Phœbi colitur 159. seq. dictus αἰθερος ὄμμα 162.

Solonis placita cum legibus divinis sæpius conveniunt 123.

Sortes notant oraculum 237. 264.

Σπαργάνωσις 65. hoc beneficium obtigit Servatori 6 Specula quæ & qualia priscorum 24.

Spiræ pani accensentur 14.

Sponsa post sponsalia quibus ritibus in sponsi domum ducta 66. seq. Ejus Comites 66. abluta probe demum thalamum ingressa 69. Emblema Ecclesiæ Christi ibid.

Stapedum nulla mentio apud priscos 78.

Statuaria, ejus pretium ex statuis in templis collocatis 50. ejus incrementum ut reliquarum artium ex quo 51.

Statuæ erectæ, quibus 101. 135. oppositæ columnis ἀτιμίας. 135. statuæ Deorum 203. statuis his numina præsentia 205. catenis vinctæ 209. statuæ Mercuriales 176. vid. simulachra.

Στέφανον ἐκφέρειν, quid sit, & quando soliti 3.

Stigmatum usus varius 58. 74. seq.

Stipendium militum 75.

Στρατηγῶν, munus 92. Christus στρατηγός ibid.

Στύλοι οἰκῶν υἱοῖ I. 5ύλος Ecclesiæ Timotheus

INDEX VOCUM GRÆCARUM

dici putatur 3. rectius refertur ad mysterium incarnationis Christi ibid.

Supplicia. 134. vid. pœnæ. supplicia capitis 137. extra urbem illata & quando ibid. singulis diebus singulis, si plures ad mortem ducendi 137. supplicia quæ & quot fuerint 138.

Suspendium fœdum mortis genus corvis cœnam parans 138. pœna filiorum immorigerorum ibid.

Συκοφάνται, qui dicti 54.

Σύμβολον quid 95. Christianorum ibid.

Σύνθημα 95. á quibus datum ibid. a signo distinctum 96.

T.

Ταχυβελία Græcorum 2.

Τάγμα, quid indicet 92.

Ταξίαρχαι, qui fuerint 92.

Τάσσεσθαι, verbum militare applicatur ad militiam spirituales 92.

Tela manu mittuntur, secus jacula 89. eorum materia ibid. vid. sagittæ.

Τελώνης, qui 54.

Templum, ἀναδείας & ὑβρεως, ubi 126.

Templum Θεῶν ἀπάντων 213.

Templi Minervæ inscriptio quæ fuerit 155.

Templum Æsculapii, in id ægroti delati 321.

Templorum nomina 196. mundi ætas prima ignorat 197. eorum loco quæ fuerint ib. exstructa ubi 198. seq. eorum forma & apparatus 199. sq. asylosum loco fuere 198. par-

ET RERUM NOTABILIORUM.

tes eorum 201. ornamenta ib. templa mi-
nora quæ fuerint 208. donaria 209. dona-
ria hæc quando & ubi collocata 210. varia
fuere 211. templa luci cinxerunt. 200.

Temporis divisio 342.

Tentoria figere in castris milites soliti se defensu-
ri ab imbre 94.

Terra cur Vesta dicta 165.

Terriculamenta infantum 8. eorum nomina ib.

Τεσσαρακοσιόν quadragesimus a partu dies, ejus
solennia 7.

Testamenta scribere quibus licuerit 339. quibus
præsentibus & uti factum 340. seq.

Testes in judiciis qui amissi 132.

Τετραβολιζεν quid designet 75.

Τέτριγες Athenienses dicti cur 216.

Textoria ars unde originem habeat 28.

Thalamus, quibus præsentibus ad fores neogami
in eum deducantur 69. eum sponsa probe
abluta ingressa ib. in eo zona sponsæ a spon-
so soluta ibid.

Thebani clementes in servos 59.

Theologia prisorum triplex 141. ejus autores ib.

Thorax, ejus materia 82. partes 83. thorax justitiæ
Christianorum ibid.

Θησκεια quid denotet 141.

Throni Regii, quales fuerint 116.

Θύεν proprie adolere, deinde & mactare signi-
ficat.

Θύεν δεκάτην, quid & quando sit factum 7.

Tibia, inventor 44. usus & materia 45. differt á
fistula ibid. seq.

INDEX VOCVM GRAECARVM

Τραχηλίξεν, quid 231.

tribunalia Athenientium, quot 124.

Tropæa erecta quæ, ubi & quando 99.

Truit, vox antiqua veritatem notat & Druidibus Germanorum nomen dedisse putatur. 200.

Τυμpanισμός 59.

V.

Venus, quæ fuit Vulcani Uxor 172. nomina ejus varia exteris inter gentes ib. duplex ib. a quibus maxime culta 173. ejus ornatus ib. Ei quæ fuerint sacra ib. comam ornare docuit ib.

Vesta sub ea terra latet 165. unde dicta ib. alia ejus nomina 166. prima domum struxit 165. datur ei virginitatis honos 166. ejus cultus necessarius habitus 166.

vestes æque necessariae ac cibus & potus 21. vid. Caput & Corpus. vestes pro thesauris 29. earum usus ib. fuere vel albæ vel tinctæ 29. seq. albedinis & candoris discrimen. Nuptiales iis qui induti 68. seq. Militum 79. Veste sanguinea Christus, fideles albis induti conspiciuntur ib. juxta Lycurgi leges mortui hostes non spoliandi vestibus 98. vestes Regiæ 116. lugubres 332. vestium laceratio signum luctus ib.

Victimæ vid. sacrificia. porcelli 120.

Victoria parta canuntur Carmina triumphalia 98. victoriæ signa quæ ib.

Vinum rubrum ac vetus præprimis placuit 16. sq. rubrum Judæi adhibent ad paschatis solennia 17. emblemata sanguinis Christi ib. sanguis

ET RERUM NOTABILIORUM.

guis uvarum ib. merum qui biberint 18.
 aquam & alia qui admiscuerint 18. seq. Ei
 asservando vasa inservientia 18.

Virginibus Græcorum fuerunt certi custodes, cer-
 tæ sedes 49. Virgines orbæ cui debeant nu-
 bere 65. 124.

Virginitatis honos datur Vestæ, Dianæ & Palla-
 di 166.

Virtus vid. fortitudo. ejus præmia quæ 100.

Vita Christianorum militia continua 95.

Umbilicus resectus infantum a quibus 5. sponte
 decidit Jovi ib.

Unctio infantum recens natorum vid. Ablutio.

Vota sancte præstanda cur 219.

Urbes condere qui docuerit 162.

Vulcanus 170. Junonis filius cur credatur 171. in
 ejus sacris qui ritus observati ib.

Vultus vid. facies. naturali forma non conterreæ
 lascivæ mulieres, & viri simulatam pulchri-
 tudinem quæsiwere 27.

Uxorem dimittere licuit & decuit quare 70.

Y.

Υἱοὶ qui dicti 37. υἱοὶ εὐλοιοῦ δίκων I.

Υιοθεσία in quo consistat 4. opponitur ἐκθέσει ib.
 Christianorum ib.

Υπηρέτης qui dictus fuerit 133.

Υπωμοσία in actione quæ fuerit 131.

Z.

Ζῶμα, ζώνη succingendæ stolæ ac togæ inserviit
 33 huic quæ virtutes comparentur ibid.

ζώνην


INDEX VOCUM GRÆCARUM


ζώνην λύειν quid significet, 70. aliis exprimitur phrasibus ib.


Zona sponsæ virginea 33. 70. Castitatis Emblemata ib.

Ζώνουσαι idem ac accingi armis 83.

Ζεύς unde dictus 146.









00042617

